Viro doctissimo summe reverendo

# Henrico Foerstero

theologiae doctori

dioecesis Vratislaviensis principi episcopo celsissimo

feliciter initum munus amplissimum et gravissimum

gratulans

philologicorum studiorum beniuolam defensionem ac tutelam commendans

S. Gregorii Turonensis episcopi

librum e tenebris et oblivione nunc

primum erutum

ea qua par est observantia

obtulit

Fr. Haase.

a. d. XIIII. Kal. Novembr. a. MDCCCLIII.

S. GEORGII FLORENTII

GREGORII TVRONENSIS EPISCOPI

LIBER INEDITVS

# DE CVRSV STELLARVM

RATIO QVALITER AD OFFICIVM IMPLENDVM DEBEAT OBSERVARI

SIVE

DE CVRSIBVS ECCLESIASTICIS.

NVNC PRIMVM EDIDIT, RECENSVIT, VINDICAVIT

FRID. HAASE,
PHIL. DR., ANTIQ. LITT. ET ELOQ. PROFESSOR ORD.

ADIECTAE SVNT STELLARVM FIGVRAE ET SCRIPTVRAE SPECIMEN E COD. BAMB.

VRATISLAVIAE
VENVMDANT IOS. MAX ET SOC.
MDCCCLIII.

# Prolegomena.

---

Cum nuper beneficio et humanitate eorum, qui in nostra patria, et eorum, qui in Bavaria rebus litterariis summa cura prospiciunt, in manus meas pervenisset codex Bambergensis vetustissimus H J. IV. 15. quem ob Mallium Theodorum petiveram, sperans fore ut liber nondum collatus magnae utilitati esset scriptori metrico post Heusingerum neglecto, illa quidem spe deiectus sum, sed magnam tamen laetitiam attulit codex praestantissimus, insignis ille et scriptura longobardica, quod genus in nostris terris rarum est, et continens praeter Mallium et Isidori de natura rerum librum duos Cassiodori institutionum divinarum et secularium litterarum libros recte coniunctos et pleniores multisque partibus rectius scriptos quam adhuc editi sunt, ac praeterea librum eum, quem dudum periisse creditum nunc primus in lucem profero Gregorii Turonensis de cursibus ecclesiasticis. Qui liber quamquam a meis studiis aliquantum abhorret nec potuit inter alios labores multos ac graves diuturna diligentia expoliri, nolui tamen thesauro feliciter invento diutius solus incubare, praesertim cum meo me jure hac una cura contineam, quae philologi est. Sed ante omnia res duae comprobandae sunt, de quibus dubitari posse video, et auctorem libri esse Gregorium illum, ecclesiae Gallicanae seculi VI. lumen historiaeque Francicae parentem, et librum ipsum esse eundem, quem ille se scripsisse testatur in hist. Franc. lib. X. extr. his verbis: „de cursibus etiam ecclesiasticis unum librum condidi.“ in Bambergensi enim codice neque scriptoris nomen adiectum est et inscriptio libri longe alia. Ac de auctore quidem libri satis intellegitur ex iis quae de cometis tradit, et Arvernum hominem fuisse et Gregorii aequalem; nam cum exempla profecto multa alia proferre posset cometarum, qui magnarum rerum praesagia fecissent, nulla tamen alia memoravit nisi Arvernica haec duo: *si autem (apparuerit cometes) gladium ferens —, patriae monstrat excidium; sic enim et ante pestilen-*

*tiam Arvernae regionis apparuit pendens per annum integrum super regionem illam;* ac deinde: *priusquam Sigibertus rex obiit, crinita multis apparuit.* Rem utramque cognoscimus ex hist. Franc. ubi de tempore, quod Sigiberti regis mortem antecessit, haec leguntur lib. IV. c. 52. *in eo anno fulgor per caelum discurrisse visus est, sicut quondam ante mortem Chlothacharii factum vidimus.* De pestilentia vero paene etiam eadem verba leguntur lib. IV, c. 31. *Similiter et ante cladem Arvernam magna regionem illam prodigia terruerunt. — nam et stella, quam quidam cometem vocant, radium tamquam gladium habens, super regionem illam per annum integrum apparuit.* neque tamen haec ita cum illis conveniunt, ut e duobus hominibus alter alterum compilasse, sed ita, ut unus in eadem re iisdem paene verbis bis usus esse videatur. Accedit praeterea magna in stellarum nominibus convenientia, de quorum usu haec profitetur huius libri auctor praef. extr.: *set nomina, quae his vel Maro vel reliqui indiderunt poetae, postpono, tantum ea vocabula nuncupans, quae vel usitate rusticitas nostra vocat vel ipsorum signaculorum exprimit ordo, ut est crux, falcis;* nomina talia sunt praeterea *rubeola, sigma, id est stefadium, trion, signum Christi, anguis, massa, massae feretrum, quinio;* item *plaustrum a rusticis appellari* dicit, *cometen a plerisque peritis.* Pari consuetudine utitur Gregorius in hist. Franc., secutus illud quod ait in lib. I. praef.: *philosophantem rhetorem intelligunt pauci, loquentem rusticum multi;* itaque cometen et l. c. non sine praefatione appellat, et lib. VI, c. 14 ait: *stella, quam cometem superius nominavi, adparuit.* item lib. IV, c. 31: *plerumque tres aut quattuor splendores magni circa solem apparuerunt, quos rustici soles vocabant, dicentes: ecce tres vel quattuor soles in caelo.* lib. V, c. 24. *splendores illi circa solem — quos rustici soles vocant, apparuerunt.* Eodem loco dicit etiam *lunam in nigredinem versam, et circulum illum, qui pluviam plerumque significat, circa lunam apparuisse,* et saepe aliis locis multis varia rerum genera non doctis et scholasticis sed rusticis et vulgaribus nominibus appellat. vid. de miracc. S. Mart. II, 18. *quod genus morbi epilepticnm peritorum medicorum vocitavit auctoritas: rustici vero cadivum dixere pro eo quod caderet.* Ipsam quoque *rusticitatem* saepius sibi tribuit Gregorius; praeter locum, quem ex praef. lib. I. posui, dicit etiam in totius operis epilogo, *rusticiore se stylo* libros omnes suos conscripsisse; cf. hist. Franc. lib. V, c. 6. eandem modestiam verbis pluribus testatur lib I. prol. pag. 5. lib. de gloria confess. praef. pag. 891 sq. de miracc. S. Martini praef. p. 995. ib. lib. II, c. 3. III, 44. vit. patr. c. 8, p. 1183 D. nec tamen plane indoctum fuisse Gregorium, satis constat, quippe qui Virgilium, Salustium, Ciceronem, Gellium, Plinii de arte grammatica libros, Martianum Capellam cognitos habeat; quare nemo credet, in hoc libro aut ampliorem aut reconditiorem doctrinam deprehendi, quam quae in illum cadere possit;

quid quod Orosii locum eundem, quem hic de Babylonia proferri videmus, attulit pariter in hist. Franc. lib. I. c. 6. simile exemplum vid. ad § 20. Sed ut in reliquis libris mundanam doctrinam non modo non iactat ambitiose, verum etiam a se abiudicat, unam christianae fidei et ecclesiae curam supra omnia ponens, ita hoc quoque in libro si qua est doctrina, ea non aliter utitur, nisi ut vitam et officia clericorum regat, id quod diserte profitetur praef. extr. et totius libri argumentum planissime declarat. Convenit praeterea ipsa illa, quam dixi, de cometarum praesagiis persuasio; convenit etiam hoc, quod primus anni mensis Martius est; vid. infra § 60. neque est omnino quidquam in hoc libro, quod a Gregorii ingenio possit alienum videri. Denique possum multa proferre, quae ad dicendi generis similitudinem pertinent; sed ea tanta est, ut facile sentiatur, si quis in hoc genere non nimis hebes sit, et exempla me puto adeo multa et ad persuadendum apta in subiecta adnotatione protulisse, ut de Gregorio huius libri auctore dubitari posse vix putem.

Erit tamen illud quoque argumenti loco, quod deinceps demonstrandum est, inscriptionem libri, quem Gregorius se *de cursibus ecclesiasticis* scripsisse testatus est, ad hunc ipsum pertinere, qui est *de cursu stellarum ratio qualiter ad officium implendum debeat observari*; plane enim hic quoque liber est de cursibus ecclesiasticis. Nimirum Gregorii aetate et sequentibus seculis usque ad decimum fere, antequam abolita Gallicanae consuetudine ecclesiae Romanum exemplum induceretur, *cursus* nomine nihil aliud significatur nisi officium ecclesiasticum per horas descriptum, ad quod implendum quomodo stellarum cursus observari debeat, hoc libro docetur; quare cursum implere et officium implere eodem sensu dicitur; vid. hist. Franc. lib. IX, c. 6, pag. 424. „*Nos vero — media surgentes nocte ad reddendas domino gratias — in basilicam sanctam ingredi non poteramus; — — sic ingressi sumus explere cursum.* ib. lib. VIII, c. 15, pag. 388. *Expergefactus vero circa medium noctis, cum ad cursum reddendum surgerem.* — ib. lib. VI, c. 21, pag. 234. *Nulla prorsus de deo erat mentio, nullus omnino cursus memoriae habebatur.* de glor. mart. I, c. 11, p. 734 D. *Exsurgente autem mane abbate cum monachis ad celebrandum cursum.* de gloria confessor. c. 96, pag. 978. *Cum signum ad cursum horae tertiae audieris insonare, surge continuo et ingredere basilicam.* ib. c. 38, pag. 925. *post impletum in oratorio cursum.* vit. Patr. c. 2, pag. 1179. *impleto cursu revertens ad lectulum.* ad quem locum Ruinartius profert duos locos aptissimos ex S. Audoeni vita S. Eligii lib. I. num. XI. *diu noctuque in eius camera cum omni studio sollemniter canonicum adimplere studebant cursum.* et infra: *Cum visitaret dioecesin suam, ut solent episcopi, quadam ex causa interdixit, ne cursus, id est preces canonicae et sacrificium celebrarentur in basilica quadam, donec ipse iuberet.* Alius scriptor de

vita S. Nicetii, cuius locum attulit idem Ruinart. pag. 1187, sic ait: *nocturni vel diurni temporis cursus, quos in divinis officiis institutio vetusta sacrae religionis fixis terminis certa lege constituit, ita iugi semper psallendi studio geminavit, ut numquam de ore vel de corde suo meditatio divinae legis abesset.* Sed Audoenus aliique scriptores, quorum locos passim protulit Io. Mabillon in Disquisitione de cursu Gallicano, quam cum libris III. de liturgia Gallicana edidit, adiectis saepe aliis vocibus cursus nomen accuratius definiendum iudicaverunt; apud Gregorium vero is usus adeo constans ac sollemnis est, ut unam illam vocem ponere satis habeat; idem autem facit etiam in hoc libro, in quo et *duos cursus* dicit § 64 et *reliquos cursus* § 70 et § 73; denique praef. extr. § 37: *non ego*, inquit, *in his mathesim doceo neque futura perscrutare praemoneo, set qualiter cursus in dei laudibus rationabiliter impleatur exhortor uel quibus horis, qui in hoc officio adtente uersari cupit, debeat nocte consurgere vel dominum deprecari.* quo uno loco manifestissime comprobatur esse hunc librum *de cursibus ecclesiasticis* conscriptum recteque haec verba eius argumentum significare, nisi quod adeo late patent, ut plerique Gregorium plene de omnibus cursibus ecclesiasticis exposuisse crediderint; ille vero, id quod nunc demum cognoscimus, unam tantum eius disciplinae partem dedita opera tractavit, quae cum stellarum cursus observatione coniuncta est; ac videtur mihi haec pars propria Gregorii esse et ab ipso inventa reliquisque addita, quas ut erant usu receptae ac sex annis ante eius episcopatum in concilio Turonensi altero can. 18 constitutae, non mutabat. Quare in hoc libro cursus nocturnos more iam receptos ac notos brevissime memorat; eos vero, qnos novos instituebat, accuratius explicat. Quae cum ita sint, ne illud quidem concedam, quod facillimum videri possit, ut inscriptionem in Bambergensi codice positam ab aliquo librario fictam esse statuamus; scilicet Gregorius illo loco, ubi libros omnes a se conscriptos et Turonensi ecclesiae relictos recenset, cum brevitati studeret, maluit paucis verbis ipsum argumentum indicare quam longiorem et accuratiorem repetere inscriptionem ipsi libro praefixam; eodem enim studio motus eodem loco Miraculorum libros septem una appellatione complexus est, quos et ipse alibi separatim memorat et libri mss. atque editi pluribus inscriptionibus separatos tenent; vid. Ruinart. praef. § 72 sqq. 85.

Illud denique si quis contendere velit, de cursibus eccles. librum amissum esse, hunc vero postea demum scriptum, quam libros suos in historiae Franc. epilogo Gregorius enumeraverit, multo credibilius erit inscriptiones duas idem argumentum significantes ad eundem librum referre quam post illud demum tempus, quod fere extremum Gregorio fuisse omnes consentiunt, hunc librum conscriptum putare, qui et in longiore praefatione hominem ab iuvenilibus litterarum studiis non ita longe remotum prodere videtur et in

reliquo argumento ad subeunda amplissima quae commendat, clericorum officia alacrem et aetate validum. Quamobrem si quid coniecturae dandum est, quamquam potest hic liber scriptus esse toto illo spatio temporis, quod est inter annum 575, quo obiit Sigibertus, et annum 594, quo ipse obiit Gregorius, ego tamen verisimilius crediderim scriptum esse non multo post Sigiberti mortem, cum adhuc aetate floreret Gregorius et in episcopali munere recens esset, quod triginta annos natus a. 573 susceperat, certe non post annum 582; eo enim anno cometes apparuit, quem in hist. Franc. lib. VI, c. 14 tam diligenter ac paene operose describit, ut eius in hoc quoque libro mentionem facturus fuisse videatur, si id per tempora fieri potuisset.

Verumtamen haec incerta sunt neque in magno discrimine ponenda, quando quidem illud satis constare videtur, genuinum nos Gregorii opus recuperasse, quo nec aegrius caruit quisquam nec melius usurus erat quam Io. Mabillon, cum de cursu Gallicano scriberet. Sed de reliquis rebus docti theologi viderint; ego nunc agam, quod meum est, ut de emendatione libri exponam.

Bambergensis codex, qui seculi VIII esse fertur, longobardicis litteris scriptus, constat membran. foliis mediae formae 103; paginae sunt versuum vicenum quinum usque ad fol. 77; deinde vicenum senum et inde a fol. 86 pleraeque vicenum septenum. folia distributa in fasciculos 15, quos prima manus litteris signavit A—P; hi inaequales sunt; habent enim BCFGIP sena folia; DEKMN octona; AH quaterna; L septem, O decem; accedunt ultimi fasciculi non signati singularia folia duo, a quibus duo recisa sunt; item in fasciculo L unum folium inter ea quae nunc sunt 67 et 68, exsectum est, quod post finem duorum quos supra dixi Cassiodori librorum fortasse vacuum relictum fuerat; subscriptio illorum posita est in fol. 67 pag. v. magnis litteris scripta coloribusque picta satis memorabilis haec:

CASSIODORI SENATORIS INSTITUTIONUM DIUI
NARUM ET HUMANARUM RERUM LIBRI DUO EX
PLICUERUNT FELICITER;

**CODEX ARCHETYPVS AD**
**CVIVS EXEMPLARIA SVNT**
**RELIQVI CORRIGENDI;**

Deinceps fol. 68. pag. r. maiore littera tamquam in novi libri initio posita sequuntur verba haec quae videntur Cassiodori esse nescio unde decerpta:

Complexis quantum ego arbitror diligenterque tractatis institutionum duobus libris, qui breuiter diuinas et humanas litteras comprehendunt, tempus est ut nunc edificatrices ueterum regulas, id est codicem introductorium legere debemus, qui ad sacras litteras nobiliter ac salubriter introducunt.

Post haec continuo legitur Malli Theodori de metris liber, qui terminatur fol. 75. pag. v. lin. 2. Sequitur deinde sine intervallo Gregorii liber inscriptione permagnis litteris picta; finitur autem fol. 82, pag. v. nec subscriptione adiecta nec spacio relicto, sed sequitur continuo Isidori liber de rerum natura picta littera initiali, sed sine inscriptione, qui finem habet fol. 103 pag. r. Vacua relicta est folii 1 pag. r. et folii 103 pag. v. in qua tamen manus recentior seculo fere X pinxit graecarum litterarum formas additis earum nominibus numerisque quos significant, et pauca alia inutilia. Atque Cassiodori quidem libri unde originem ducant, e subscriptione facile est conii-cere; reliqui libri quo vel consilio vel casu coniuncti sint, vix dixeris; aetatem certe omnium si spectes, Gregorium ab eo consortio non abhorrere apparet. Scriptura quamquam aliquando minutior est maxime in fine Gregoriani et in fine et initio Isidoriani libri, plerumque tamen aequabilis et perspicua est, raris compendiis uniusque manus; accesserunt tamen correctorum manus diversae tres, quarum nulla est longobardica; quae aetate inter reliquas media est, per totum codicem conspicitur sedula in interpunctione corrigenda et in orthographia, nonnumquam tamen etiam in aliis vitiorum generibus, quorum nonnulla sunt talia ut non sine alio exemplo emendari potuerint; alia temere et inscite mutata sunt; manifesta autem et levia vitia mirum non est ab homine diligente recte plerumque sublata esse. Quare ego quamquam aliquando ambiguum est de emendationis causa iudicium, tutissimum iudicavi secundae manui nihil tribuere nisi ubi necessitas cogeret. In adnotanda scripturae discrepantia, quotiens aliquid in codice correctum est, A littera primam manum significavi, B littera correctoris manum; ubi nihil correctum, codicis scripturam a me repudiatam sine signo memoravi. Illud vero saepe molestum accidit, quod prior scriptura ita a correctore deleta est, ut agnosci iam non possit aut certe dubia sit; quod ubi factum est, litteras a correctore positas inclinatis formis scribi iussi. Notavi autem scripturae diversitatem diligenter omnem, nisi quod omisi plerumque, si *e* et ę permutata sunt. Ceterum quamquam verisimile est, paucos tantum huius libri codices nec nisi vetustos extitisse, quippe cuius usus in ecclesia Gallicana aut nullus aut non diuturnus fuisse videatur, adeo ut ne mentio quidem eius usquam praeter ipsum Gregorium reperta sit, constat tamen notitiam eius ultra Turonensem ecclesiam uno certe exemplo propagatam esse, e quo sine auctoris nomine posterior praefationis pars

excerpta est; hanc enim nuper e codice olim Bobiensi, nunc Vindobonensi seculi IX vel VIII descriptam Lipsiae a. 1838 edidit M. Hauptius cum Ovidii Halieuticis Gratiique et Nemesiani Cynegeticis, inscriptam De septem miraculis mundi, cuius fragmenti nunc demum patefit origo; in hac parte scripturam codicis illius, quotiens ab Hauptio non recepta est, D littera indicavi; H littera significo quidquid Hauptius edidit sive codicem secutus sive suam emendationem; ceterum is, qui particulam illam ex Gregoriano libro decerpsit, quamquam testis pro vetustate sua haud inutilis est, tamen, quando a perspicuo Bambergensis libri testimonio discedit, minore fide dignus est, id quod loci nonnulli manifesto docent. Itaque primam manum codicis Bambergensis quoad eius fieri potuit constanter secutus depravatis locis ita coniectura opem tuli, si id facili negotio fieri posset; atque id aut E littera indicavi aut ex adnotata codicis discrepantia intellegi volui: supersunt loci pauci, in quibus certa simul ac lenis medicina nondum succurrit. In multis autem rebus quid Gregorius scripserit definire lubricum negotium est propterea quod quae eius dicendi consuetudo fuerit nec quaesitum est a quoquam neque ex editionibus, quae nunc sunt optimae, constitui potest; cum enim rebus intenti essent editores, de verbis parum solliciti fuerunt, vel, ut rectius dicam, cum aliarum rerum omnium historiam diligenter tractarent, latinae linguae historiam aut esse aliquam aut eam ad se pertinere non arbitrati sunt, quamquam et haec dignissima est quae accurate cognoscatur et Gregorius eam eius partem illustrare potest, quae adhuc obscurissima fuit; speramus autem fore ut qui nunc in Germania novam Gregorii editionem parat, hanc curam a se non alienam iudicet; interim mihi, qui quoniam in multis rebus legem ac normam linguae Gregorianae indagare non licuit, ipsam etiam inconstantiam et depravationem libri Bambergensis repraesentandam esse iudicavi, venia parata erit.

---

# IN CHRISTI NOMINE INCIPIT DE CVRSV STELLARVM RATIO QVALITER AD OFFICIVM IMPLENDVM DEBEAT OBSERUARI.

fol.

1 Plerique philosophorum dum studiis litterarum vacant quasi plus ceteris sep- | tem scripserunt miracula, ex quibus mihi quaedam praetermittere et alia | plus admiranda libuit memorare, quorum haec habentur uel formae uel ope- | ra.

2 PRIMUM ergo miraculum ponimus Noe arcam, quae domini ore qua- | lis fieret, est mandata. cuius longitudo trecentorum, latitudo quinquagin- | ta, altitudo triginta cubitorum est habita. quam archam bicame- | ratam et tricameratam legimus, cuius omne opus in cubito consummatum | est. fenestram sive ostium a latere habuit. in ea enim de omnibus uolatilibus | caeli ac bestiis terrae siue reptilibus cum hominibus octo ad reparationem mundi per in- | luuiem cataclysmi genera reseruata sunt.

3 SECUNDUM ponimus Babylo- | niam, cuius iuxta Orosium haec est positio: „in campi planitie undique | conspicua, [natura loci] laetissima, castrorum facie et moenibus paribus per quadrum dispo- | sita. murorum eius uix credibilis relatu firmitas et magnitudo, [id est] latitudine | cubitorum L, altitudine qua*ter* tantum. ceterum ambitus eius

2. scripserint B. scripserim A, *ut videtur.* scripseruut E. — premittere A. 3. ammiranda B. 4. noę A, *ut videtur.* 5. fierit A. — lungitudo. — quinquagenta. 6. tregenta A. arcam B. bicamaratam et tricamaratam *fortasse in A fuit.* 7. consumatum. 8. hostium B. — eam A. 9. besteis. — reparatione A. 10. reserata A. babiloniam. 11. Orosiam A, *corr. idem* A. *Vid. Oros. lib. II, c. 6, quem locum Gregorius etiam in hist. Franc. lib. I, c. 6 attulit. In* A *videtur fuisse:* haec est expositioni in campi, *nisi forte latet quod est in hist. Franc.* mira campi planicie. — planicie B. 12. conspicut A. *voces* natura loci *om.* A. — faciem *videtur fuisse in* A. et *ante vocem* moenibus *om. Oros.* noenibus A. 13. *voces* id est *om.* A. 14. quater tanta *Haverc. ap. Oros. scripsit contra libros optimos.* —

fol. 76r.
CCCCtis LXX | stadiis circumuenitur. murus coctili [e] lapide adque infuso bitumine
con- | pactus. [fossa extrinsecus lata patens uice amnis circumfluit]. | a fronte murorum 4
centum portae aereae; ipsa autem longitudo in consummatio- | ne pinnarum utroque
latere habitaculis defensorum aeque dispositis media in- | tercapedine uicinas quadrigas
capit; domus intrinsecus quatergeminae, habita- | tiones minaci proceritate mirabiles.“
Haec prima post humani generis reparationem | a Nebroth gigante condita est.

TERTIUM est templum Salomonis, [quod] non | tantum in magnitudine fabricae, 5
quantum in ornamentis miraculum fuit. Aedifi- | cauit parietes domus intrinsecus *t*abu-
latis cedrinis a pauimento domus usque | ad summitatem parietum et usque ad laquearia
operuitque lignis intrin- | secus et texuit pauimentum domus tabulis abiegnis, aedifi-
cauitque XX. | cubitorum ad posteriorem partem templi *t*abulata cedrina a pauimento |
usque ad superiora. et fecit interiorem domum oraculi in sancto sanctorum. Portico- 6
rum | XL. cubitorum erat ipsius templi pro foribus oraculi, et cedro omnis domus |
intrinsecus uestiebatur habens tornaturas et iuncturas suas fabricatas | et celaturas
eminentes. omnia cedrinis tabulis uestiebantur, nec om- | nino lapides apparere pote-
rant in pariete. Oraculum autem in medio do- | mus interi*us* fecerat, ut poneret ibi 7
archam federis domini. Porro autem ora- | culum habebat XX. cubitos longitudinis
et uiginti cubitos latitudinis, | operuitque illud adque uestiuit auro purissimo; set et
altare uestiuit | cedro; domum quoque ante altare operuit auro purissimo et adfixit
la- | minas clauis *a*ureis nihilque erat in templo, quod non auro tegeretur; et | totum
altare oraculi texit auro. Et fecit in oraculo duo cherubin de lignis | oliuarum, decem 8

quadringentis et octoginta stadiis *Oros.* 15. cocti latere B. *restitui scripturam erasam, in qua dubia est vox* e, *quam om. Oros.* murus eius ex coctili latere infuso bitumine *Gregor. in hist. Franc.* — atque B. interfuso B. infusu A. 16. *voces* fossa – circumfluit *om. A, add. vet. corr. in marg.* 17. hereę A. ereę B. — autem latitudo *Oros.* consumatione. 19. intercapidine A. intercapedine sui citas quadrigas *Orosii cod. Florent. I.; alii aliter.* — quatrigas *videtur habuisse A.* domos A. *sscr.* domvs *vet. corr.* 20. habitationis *Oros.* 21. Nemrod *Oros. vulg. sed* Nebrot *Florentt. codd.* 1 *et* 2. Nembroth *Greg. in hist. Franc.* quod *vocem add. B. Petita sunt sequentia ex Regum lib. III, c.* 6, *v.* 15—35. *vulgatae ed. non sine discrepantia.* 23. pariętis A. — *t*abolatis A. 25. ędificauit quę A. 26. gubito*rum* A *ut videtur.* *t*abolata cędrina A. 27. in fca scorum. 28. templum A *fort.* 29. ornaturas A. 30. emminentes. — cędrinis A. 31. poterat A. pariete A. 32. interiore *A fort.* — arcam B. 33. abebat ·xx· gubitos A. uigenti gubitos A. 34. atque B. sed B. 35. adfixi A, *sed* t *sscr. fort. idem A.* 36. nihilquę A. templum A. 37. tum *pro* totum A. chaerubyn A. cherubim B.

cubitorum altitudinis; quinque cubitorum ala cherubin | una, id est decem cubitos
habentes a summitate alae usque ad alae | alterius summitatem. decem quoque cubito-
rum erat cherubin secundum mensuram parietum | posuitque cherubin in medio templi fol. 76v.
9 interioris texitque eos auro. Et omnes parie- | tes per circuitum scalpsit uariis caela-
turis et turno, et fecit in eis | cherubin et palmas et picturas uarias quasi prominentes
de pariete et egre- | dientes; set et pauimentum domus texit auro intrinsecus et extrin-
10 secus. Et in | ingressu oraculi fecit ostiola de lignis oliuarum; postes quadrangulo- |
rum quinque et duo ostia de lignis oliuarum; et scalpsit in eis picturas che- | rubin et
11 palmarum species et anaglypha ualde prominentia et texit ea | auro. fecitque introitu
templi postes de lignis oliuarum quadrangula- | tos et duo ostia de lignis abiegnis
altrinsecus; utrumque ostium duplex | erat et se inuicem tenens operiebatur et scalpsit
cherubin et palmas | et celaturas ualde eminentes. Multa quidem et alia inibi fecit
admirabi- | lia, quae prosequi longum uidetur.

12 QUARTUM est sepulchrum regis Persici ex | uno lapide amethysto cauatum miroque opere sculptum ac interrasile et | extrinsecus habens effigies hominum, bestiarum seu auium foris promi | nentes; arbores quoque sculptas habet cum foliis et pomis opere celato. |

13 QUINTUM est statua colossi Rhodo insulae collocata ex aere fusile, cuius tam | inmensa est altitudo, ut uix lapidem capiti eius aliquis possit iacere. | ferunt quoque multi per tibiam eius usque ad capud hominem posse ascen- | dere, si aditum unde ingrederetur haberet; adserunt etiam capud huius | statuae recipere posse tritici choros duos et uiginti.

14 SEXTUM est theatrum, | quod in Heraclea habetur ex uno monte factum, ita ut omne ex uno la- | tere sit expletum, tam extrinsecus parietes quam intrinsecus arcus,

38. chaerubin A. cherubim B, *et sic deinceps utraque manus semper.* 39. gubitos A. a summitatem A. 40. summitate decim A. gubitorum A. secundus mensura, *ut est in Vulg., iam ipse mutavit A, sed* parietum *scripsit B, cum esset* pari. *in extr. pag.* 42. ex *erasum videtur ante* uariis. 44. sed B. 45. ingressum A. *fort.* — ostihola B. *puto voluit* hostiola. — Portes A. 46. hostia B. sculpsit *fort. A.* pictura A. 47. specis A. anaglipa A. anaglipha B. 48. fecitquę introitum A, *ut videtur.* — Portes A. 49. hostia B. altrensecus A. hostium B. 50. culpsit A. 53. amitisto A. ametisto B. cauato A. 54. effices A. bistiarum A. *Ante* foris *aliquid erasum; fort. fuit* in foris. 55. cęlato B. 56. colossis B. rodo. — insolę A. insula B. fusilę A. 57. iacere *B scripsit loco alius vocis erasae, cuius hae reliquiae:* i..i...ri. *Fort. fuit* iniceri *corrupte pro* inicere. 58. caput B. 59. haberent A. asserunt B. caput B. 61. eraclea A. eraclia B.

fo- | ueae, gradus, sedilia; et omne opus eius ex lapide uno conpletum est; est autem
mar- | more Heracleo uestitum.

**SEPTIMUM** Pharus Alexandrina, quae | super quattuor mirae magnitudinis can- 15
fol. 77r. cros constructa habetur; | nec enim hi parui esse poterant, qui tam inmensum sustinent
uel altitudinis | uel latitudinis pondus; nam ferunt super unum quemque brachium
cancri | si homo extensus iaceat, eum operire non possit. Pharus autem ista datis de 16
publico | paleis nocte succenditur, scilicet ut nocturno tempore errantes nautae uento |
uel imbre si stellas uidere non potuerint, sciant qua parte dirigant uela.

Set | ista, licet quaepiam iussione dei, quaepiam autem adinuentione humana con- 17
structa | sint, ab hominibus tamen constant esse fundata, ideoque et quaedam derue- |
runt, quaedam autem ruinae sunt proxima; nam sunt alia, quae ipse omnipotens deus
noster pro- | prio opere in hoc mundo uel per dies singulos renouat uel post transactum
anni | curriculum repraesentat, quae et in locupletatione ostenduntur muneris, | ut est
commotio oceani et fructus terrae. alia uero in ostensione proferuntur uirtu- | tis, ut 18
est sol, luna, stellae, phoenix; et quaedam ex his peccatores arguunt | et ignem infer-
nalem figurant, ut est Aetna, fons Gratianopolitanus. | Haec sunt enim miracula, quae
nulla aetate senescunt, nullo occasu occidunt, | nulla labe minuuntur, nisi cum domi-
nus mundum dissolui praeceperit. |

**PRIMUM** est ergo omnium maris oceani commotio, in qua ita | per dies singulos 19
dilatatur, ut accedens oram litoris repleat russumque | recedens siccum praebeat iter;
tunc populis per humum aridam gradien- | tibus piscium siue diuersorum leguminum

63. omni A. 64. heraclio B. 68. non *omissum supra lin. add. A.* — iste. 70. in quam partem B. 71. *Hic. inc. cod. Vindob. sic:* Incipit de VII miraculis mundi. Ista sunt quaepiam in uisionem dei. — Sed B. iussionem A. adinuentionem AD. humanam *D.* ab inuentione humana *D ex corr. H.* 72. sunt ad homines tamen constat D. h *in* hominibus *A sscr.* constantes semefundata A. constantissime fundata B. diruerunt B. durauerunt H. 73. autem *om. H.* deus nos proprio H. 74. per singulos dies reuocat H. transacto. A. transactum mundi curr. H. 75. representat AB. 76. commotatio D. commutatio H. et fructuum H. ostensionem B. ostentione H. 77. phinix A. phenix B. et *om. H.* quaedam et his A. 78. ethna AB. aethna D. 79. enim *om. H.* seniscunt A. nollo *A, corr. A.* 80. laue A. preciperit A. praeciperit D. 81. est *om. H.* occiani A. occeani B. commutio A. commotauit D. commutatio H. 82. ora A. horam B. rursumque H. 83. sicum A. secum B. preueat A. prebeat B. aridam humum H. umum A. *sed* h *sscr. ead. m.* iter tunc — gradientibus, in qua piscium diuersorumque leguminum D. 84. liguminum A.

multitudo copiosa collegitur. | Hoc primum miraculum deus humano generi praeparauit,
quod et admiratio· | ne praeclarum sit et congruum servituti.

20 SECUNDUM est simile | huic, de granis scilicet frugum et de fructibus arborum,
cum iacta | terrae semina et sulcis operta adueniente aestate eriguntur in culmina |
ornataque comis et spicis lacteo intrinsecus adipe saginantur, quae | dominus spiritalis
doctrinae sator de profectu uerborum suorum, quae in populos iaciebat, | parabolice fol. 77v.
commutauit dicens: „sic est uerbum dei quemadmodum si | iactet homo semen et exurgat nocte et die; ultro enim terra fructificat, | primum herbam, deinde spicam, deinde
21 plenum granum in spica.“ Pau- | lus autem apostolus de resurrectione hanc rationem
figurauit, dicens: „quod | seminas, non uiuificatur nisi prius moriatur“: „sic est, inquit, et resurrectio | mortuorum: seminatur in infirmitate, surgit in uirtute,“ et cetera. |
22 Aequa est enim et arborum natura, quae ut puto ipsam resurrectionem | signat, cum in
hieme nudatae foliis tamquam mortui habentur, | uerno uero tempore ornantur foliis,
decorantur floribus, pomis- | que aestate replentur. quod miraculum quamquam hac
utatur | similitudine, adpraesens tamen beneficium populis praestat, ut cog- | noscat
homo ab illo se accipere uictum, qui eum creauit ex nihilo. |

23 TERTIUM est quod de phoenice Lactantius refert: magna est, | ait, corpore et
decora plumis unguibusque et oculis, quae alterius auis non est | iuncta consortio
nec uincta coniugio; nam et nescire homines ma- | nifestum est, cuius sit generis,
24 masculus an femina siue neutrum. | Haec postquam mille transierit annos, petit locum
omnibus locis | mundanis celsitudine praeminentem, in quo habetur lucus uiridi | coma
uerno hibernoque perdurans, in cuius medium fons est magnus | et ubertate profluus et

84. colligitur B. 86. praeclarum est et H. *Fort. scrib.:* congruum suae uirtuti. 87. scilicit A. frugum scilicet H. — iactu H. 88. simina A. in culmos H. 89. lateo A. 90. *voces* dominus spiritalis *om. H.* profecto A. iacibat H. 91. commotauit D. sic es A. 92. exsurgat H. dię A. 93. herba deinde spica H. in spicam. A. *Vid. Marc. IV*, 26. 94. praefigurauit H. 95. et *om. H.* 96. surget B. *Vid. Paul. ad Corinth. I*, 15, 36. 41. 43. 97. Equa AB. aequa est autem arb. H. 98. significant *pro* signat H. hieme A. tamquamortui A. mortuae H. 100. ac utatur A. hac *om. H.* 1. similitudinem A. *sed* m *erasum.* et praesens H. 2. nichilo *A, ut uidetur.* 3. phinice A. phenice B. foenice H. est *post* magna *om. H.* 4. *voces* et decora *om. AB.* ungibusque D. 5. coniuncta consortio nec iuncta coniugio H. coniungio *A, erasa* n *litt.* 8. mundanis locis H. celsitudine *om. H.* celsitudinem A, *erasa* m *litt.* preminentem AB. locus AB. 9. comam A, *erasa* m *litt.* — medio H.

lenitate praeclarus; huius in litore arbor nobi- | lis reliquas luci arbores proceri*ta*te
praecellens; in huius arboris | uertice haec auis de diuersis pigmentorum generibus 25
construit sibi „seu | nidum siue sepulchrum“, insedensque in medio eius ore odora-
menta | adtrahit seque ex his tegit; tunc diuersis modulis incipit cantos | effundere
fol. 78r. suaues ac de nido exiliens aquarum se undis inmergit; | quod cum ter quaterque repe- 26
tierit, ascendit iterum super nidum adtrahit- | que denuo super se odoramenta, quae
detulit; emicante autem sole primum ei | iubar infert ignem adprehensumque nidum tota
integre concrema- | tur; tunc puluis exustus ad se collegitur et in unam massam
quasi | in oui specie conglobatur; ac exinde iterum surgens resumta | uita nutritur, nec 27
cuiquam homini, dum inplumis est, pascere cura | est: tantum celesti rore nutrita ad
pristinam speciem reuocatur | et ipsius figurae eisdem plumis eodemque colore reparata
progreditur, ut | prius fuerat ante mortem. Quod miraculum resurrectionem huma- 28
nam | ualde figurat et ostendit, qualiter homo luteus redactus in pulue- | re sit iterum
de ipsis fauillis tuba canente resuscitandus.

**QUARTUM** | est Aetna mons Siciliae insulae datus, qui uiuis ardoribus 29
exaestuat flam- | masque euomit ualidas ac terribiliter praedictae regionis accolis
ignea cotidie sulphora eructuat, | de quo Publ*i*us M*a*ntuanus in tertio Aeneidum
libro ita ait:

10. nouilis A. 12. de *om. H.* generis A. — seu *om. H.* 13. seu *pro* siue H. 14. adtrait A. sequi ex is A. modolis A. incipiit AB. cantus BH. 15. suaues effundere H. 16. idem *pro* quod H. — *voces* super nidum *om. H.* — adtrait A. 17. quidenuo A. *fort. corr. ead. m.* imicante A. *erasa* i *litt.*, *ut sit* micante. 18. inferit *videtur habuisse* A, *erasa* i *litt.* — ingerit igneum H. adprehensumque nidum *ABD.* adprehensoque nido H. 19. pulues A. exustae B; *quid A habuerit, non apparet, sed videtur fuisse* exustus, *quod habet H.* ex se H. colligitur BH. et *om. H.* una A. 20. specię A. speciem H. hac in exinde A., *sed erasa* h *litt.* resurgens H. resumpta BH. 21. implumis H. 22. subest sed rore tantum caelesti nutritur et ad H. (subest *habet Lactant. v.* 110.) celestis B. rori B. nutrimenta *A ut videtur, unde* nutrita E. nutrimento B. 23. figurae, his denique pl. H. — eidemquę *A.* — e̊idemque col. D. 24. morte A. miraculum nostrae resurrectionis fidem adfirmat et manifeste ostendit H. 25. luteus in pulueremque redactus iterum . . . resuscitandus sit H. puluerem B. fabillis A. 27. et*h*na AB. aethna D. *voces* datus, qui *om. H.* uiuis semper mancipatus ardoribus H. exustat A. exustuat B. aestuat H. 28. euomens H. ac *om. H.* terribiliter regione sulphor eructuat *A reliquis omissis quae addidi ex H.*; regioni B. sulphur B. 29. de co A. de quibus H. ineidum *fort. habuit A.* eneidorum *vel* eneidarum B. *eam vocem om. H.* sic ait *H. Locus est apud Virg. Aen. III,* 570 *sqq.*

„Portus ab acces- | su uentorum inmotus et ingens
ipse set horrificis iuxta tonat Aetna | ruinis
interdumque atram prorumpit ad aethera nubem,
turbine fuman- | tem piceo et candente fauilla,
adtollitque globos flammarum | et sidera lambit.“

30 Set et si qua in foraminibus, unde haec egrediuntur | flammae, iniecta fuerint, mox euomuntur. Meminit et huius montis | et ille Iulius Titianus his uerbis dicens: „Montes maximi in Sicilia | quattuor, Erycus, Nebrodes, Neptunins et Aetna, quem uidens saepi- | us flammas e uertice uoluere, idque sentire * orbis prope finem credentium, | quamquam id cum primum Romae nuntiatum est arsisse Aetnam, in mon- | stris procuratum est.“

31 QUINTUM est de fontibus Gratianopo- | litanis, de quibus simul et latex manat et ignis; nam uideas | limphis flammas snperuolare; hauris aquam de medio foci nec | ureris; bibis nec incenderis; portas nec ab igne conprehenderis; quod si *cere*um uel | fol. 78$^{v}$.
tedas admoueas, protinus ut flammas attigerint, conprehenduntur; manum | quoque si
32 inic*i*as, non crematur. Hinc Hilarius quidam ait:

portus abcesu A. as$^{c}$ce$^{s}$nsu D. 30. immotus B. sed BH. orrefecis A. sonat B. ethna A. etna B. aethna D. 31. inter dumquę atra A. atrum D. attollitque H. 33. sydera B. sed BH. foramina H. hae BH. — flammae egrediuntur, fuerint iniecta H. 34. Meminet A. etiam huius H. 35. et ille *om. H.* montis$^{ti}$libius his *D. unde* Titus Liuius H. *et ab aliis inter Livii fragmenta locus ille receptus.* 35. hisi A. silicia AB. 36. ericus ABD, *sed in D. fuerat* ericius. ethna A. etna B. aethna D. uident H. 37. saepius a summo flammas uertice euoluere H. propȅ *signum add. B. credo ut locum corruptum esse significaret aut ut additamentum aliquod olim in marg. positum indicaret.* fide A. *videtur enim lineola supra* e *aut primum posita esse aut certe renovata a B.* sentire $^{o}$u$^{i}$rbes prop$^{l}$ę (ę *adraso ut uidebatur Hauptio*) fide credendum D. *unde ex conj. G. Hermanni* idque Centuriporum urbis propinquae fide credendum H. finem E. 38. Aetnam *vox ob rasuram obscure scripta in A*; *legas fere* ethaciam *vel* ethociam. aethnam D. 39. est *post* procuratum *om. H.* 40. latix A. emanat H. uidetur H. 41. limphys B. *puto voluit* lymphis, *ut* H. limphis AD. superuoluere H. auris B. *nam* h *litt. erasa.* haurire D. hauris D *sscr.* — fonici ne *vel* nę A. 42. uriris A, *una litt. ante* u *erasa, quae fort. fuit* c *proximae vocis in antecedente pag. ultima.* compreh. B. ab igne cremaris H. cereum *fort.* A. *quoque habuit, sed B litteras alio atramento instauravit; si aliud fuit, certe non fuit* cirocum, *quod est in D. unde H. fecit* rocum. 43. cirocum uetus admouetur D. atingerint A. attigerint D. *in qua scriptura habes vestigium tedarum antea in eo cod. oblitteratarum*; attigerit H. comprehenduntur manus, quamquam si in aquas miseris, non crematur H. 44. hinc elarius A. helarius B.

„Si uere exurunt ignes, | cur uiuitis undae?
Si uere extingunt undae, cur uiuitis ignes?
Limpharum in gremiis | inimicos condidit ignes
Communesque ortus imperat alta manus.“ et reliqua.

O | admirabile potentiae diuinae mysterium! una uena fontis et ignes producit et 33
lati- | *ces*, scilicet ut cognoscant omnes dominationi eius et refrigerium gloriosae ui- | tae et iudicium aeternae mortis adsistere, intellegantque incendiis licentiam esse | non datam ad nocendum corpus humanum, quod post iudicium si peccato obno- | xium fuerit, accepturi erunt perpetualiter exurendum.

SEXTUM est illud, quod | licet ante *ista* dei opere fuerit conditum, tamen pro 34
ratione huius rei locatur extre- | mum, hoc est, quod de solis officio creator omnium deus praecepit celebrari; nam non sine | grandi admiratione cernitur, quod ipse sol omnibus diebus quasi famulans mun- | do ingerit lumen, quod orientem occidentemque perlustrat, quod calore suo terras fecun- | dans fruges gignere facit.

SEPTIMUM est [enim. scripturam] miraculum, | qualiter luna in ter quinis diebus 35
uel crescat ad integritatem uel ad exiguitatem | minnatur. Admiramur et illud, quod stellae oriente ortae decedunt occidenti et quae- | dam ex his in medio caeli apparentes, quaedam aquiloni propinquantes in circuitu | rotentur nec rectam faciant uiam, et quaepiam toto uideantur anno, quaepiam menses, in quibus appareant, | habeant definitos.
De quo cursu, si deus iubeat, uelim de quanto experimentum ac | cepi, rationem 36
nescientibus dare. set nomina, quae his uel Maro uel reliqui | indiderunt poetae, postpono, tantum ea uocabula nuncupans, quae uel *u*sita- | te rusticitas nostra uocat uel

44. exurit ignis *B deleta priore scriptura, ita ut probabile tamen sit fuisse* exurunt ignes. 45. extinguunt H. extingunt ABD. ignis A. lympharum H. 46. inimicus AB. ignis A. communis ortus H. 47. admirauile A. misterium A. ignis A. perducit AB. 48. dominationis D. dominationes H. eius *om.* H. uitae gloriosae H. 50. hmanum AB. quia per iudicium H. 51. obnoxii fuerint H. 52. licit A. opera H. rei profertur extr. H. 53. de *om. H.* creatur A. precepit AB. praecipit H. cęlebreri A. 54. grande A. quia *pro* quod H. 55. praelustrat H. terram H. 56. frugem *videtur habuisse A. Vox* scripturam *deleta est nescio utra manu; ego etiam* enim *vocem delendam puto.* Septimum miraculum est H. 57. inter ABH. crescit AH. uel ad exiguitate A. uel exiguitate minuitur et admir. H. 58. stellae illa oriente apparent, decedunt occidente H. decidunt B. 59. aquilone A. 60. *voces* toto uid. a. quaepiam *omissas ob eiusdem vocis iterationem addidi ex H.* 61. deffinitos D. si *om. H.* iubeat H, *atque id ipsum habuisse videtur A.* iuuat B. 62. accipi A. sed BH. uel *priore loco om. H.* niaro A.

37 ipsorum signaculorum expremit ordo, | ut est crux, falcis uel reliqua signa: quia non ego in his mathesim doceo neque | futura perscrutare praemoneo, set qualiter cursus in dei laudibus rationa- | biliter impleatur exhortor, uel quibus horis qui in hoc officio adtente uersari | cupit, debeat nocte consurgere uel dominum deprecare. fol. 79$^{r}$.

38 **SOLIS AUTEM HAEC RATIO,** | qualiter aut quantis horis in singulis luceat mensibus; et quamquam omni tem- | pore horae duodecim conputentur, non tamen aequalem habent mensuram; si uero aequa- | lem uis tenere mensuram, erunt, ut dixi-
39 mus, in diebus longis horae XV. |
lucet,

*igitur* mense ianuario horas X.

mense februario horas XI.

mense martio horas XI.

mense iulio horas XIIII.

mense *a*ugusto horas XIII.

mense septembre horas XII.



mense aprile horas XIII.

mense maio horas XIIII.

mense iunio horas XV.


mense octubre horas XI.

mense nouembre horas X.

mense decembre horas VIIII.

64. exprimit BH. 65. falx B. quoniam ego in h. m. non doceo H. 66. perscrutari B. sed BH. 67. exortor A, *sed* h *sscr. eadem ut videtur manus.* oris A. oficio AB. attente H. *in cod.* adten . . te *duabus litteris* (*fort.* di *uel* te) *erasis.* 68. noctu B. surgere H. deprecari BH. *In hac voce desinit H, subjectis vocibus:* finit. deo gratias. 69. oris A. 70. orae duodicem *uel* duodice A. comput. B. habet A. 71. orae A. 72. lucet *ego e conj. scripsi atque id in A fuisse suspicor; sed scripturae erasae loco B intulit* habet; *idem B vocem* igitur *addidit erasam illam fortasse post* lucet; *deinde dupliciter correctum est; pr. m. scripserat:* mensis ianuarius, mense februarius, mense martius, menses iulius, mense ugustus, mense september, mensis aprilis, mense maius, mense iunius, mense octuber, mense nouember, mense december; *in his videtur deinde*

LUNAE AUTEM RATIO HAEC EST: 40





| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| prima lucet ς | | VIII | VI | XV. | XII |
| | | | | XVI. | XI |
| II | Iς | VIIII | VIIς | XVII | X |
| III | II | X | VIII | XVIII· | VIIIIς |
| IIII | III | XI | VIII·ς | XVIIII· | VIIIς |
| V. | IIII | XII | VIIII·ς | XX· | VIII· |
| VI | V | XIII | X· | XX·I· | VII.ς |
| VII | Vς | XIIII | XI· | XXII· | VI· |

XX·III· Vς· | XXIIII·V | XX·V·IIII· — XX VI· III· | XX·VII· II. — XXVIII·Iς· XX·VIIII·· XXX latet

Illud autem sciendum est, quod luna in aestate, quando noctes | bre- 41
uiores sunt, illum currit tramitem, quem sol in hieme tenet; hieme | uero in prolixioribus noctibus illum ordinem tenet, quem sol in aestate percurrit.

STELLARUM QUOQUE CURSUS hoc modo est observandus, quem etiam| 42
fucis colorum credidi pingendum in singulis locis.






Haec stella in septembre oritur et matutino apparet, quae a quibusdam| fol. 79v.
rubeola uocatur, tamen prius [in] initio apparet noctis et sic iterum ori- | tur mane;

*vetustior corrector ablativos casus paene semper posuisse; deinde rursus B ex ablativis fecit nominativos. Praeterea A scripserat duodecies* hora, *non* horas; *sed* s *litteram totiens addidit vetustior corrector et servavit B.* 82. *post* X VIII *erasum* ς. *Pro* XI VIIIς *fuerat* XI VIIIIς. *Post* XXV·IIII· *item erasum* ς. *Numeri* XXVIIII· *ultimae duae lineae sunt e corr. post rasuram; excidit aut* I *aut* ς *ob marginem recisum.* 89. brebiores A, *corr. ead. m., ut videtur.* tramite A. hieme *et deinde* hieme A. 90. ordine A. 92. credidit A. t *litteram delevisse videtur vetustior manus quam B; eadem puncto infra* n *posito videtur scribi voluisse* pigendum. *Stellarum figurae sunt rubro pictae.* 93. *eodem rubro voci* stela *altera* l *littera superposita.* matituno. 94. robeola A. prius initinm A. *ante vocem* oritur *supra scripta* h *litt. et deinde rursus erasa.*


ergo lucet in septembre hora I. in octubre horas II. in nouem- | bre III. in decembre et in ianuario VIII. in februario VIII. in martio | VII. in aprile VI. in iunio IIII. in iulio III. in augusto II. set primum | ut diximus, oritur; habet tamen aliam minorem, quae praecedit. |

43



Haec stellae symma, id est stefadium uocantur a quibusdam; | egrediente octubre cum primo sero appareant, occidunt tamen et ma- | ne oriuntur, lucent [qne] horas II. in nouembre iam apparent in initio noctis, | set mane oriuntur lucent [que] horas IIII. in decembre horas VI. in ianuario | VIIII. in febrnario VIII. in martio VII. in aprile VI. in maio V. in iunio IIII. | in iulio III. in augusto mane parum, sero plus. |


44



95. *ante* ergo *duae litt. deletae*, *quarum altera* e *fuit.* lucit A. septembri B. ora A, *corr. vet. m.* octobri B. ora II A, *corr. vet. m.* 96. nouembri B. decembri B. 97. aprili B. in iunius A. sed *vet. m. quae etiam vocem* primum *instaurauit; fortasse scribendum:* septembre primum ut diximus, *aut* septembre ut diximus. 98. alia minorem. 99. Hę B. 200. octobre B. occident A. 1. lucent hora *A hic et lin. sq.;* que *et* s *addidit B.* — noub. 2. sed B. hora VI. A. decemb. — in anuario *sed* i *litt. rubro suprascripta.* 3. in feb. VIIII *sed ultima linea erasa.* aprili B. in madium A. in unio, *supra scr.* i *litt. vet. m.*


Has stellas ω· uocitamus, quia eum significant et se- | cuntur priores, praecedunt uero crucem maiorem. |

45




Haec stellae crux maior, quae ad orientem iacens apparet pro | eo quod in pri-
fol. 80r. mordio mundi iacuerit, id est inter prophetas | patriarchasque pronuntiata quieuerit, ad occidentem uero erecta apparet, | scilicet quod ad suscipiendum dominum in occiduo mundi esset tempore erigenda. |

46



Has stellas quidam crucem minorem dicunt, quidam autem alfam | uocant pro eo quod ad sinistram crucis maioris sunt et propter duas mino- | res, quae deorsum apparent, quas praecedit trion. |


47



5. Hęc stellę A. c *litt. erasa* **B** *utrique voci superposuit terminationem* as. 6. maiorem *videtur habuisse* **A**, *sed ut spatium fieret sequenti figurae, erasa syllaba* rem, *cuius loco rubricator suprascripsit* re, *et* **B.** *fecit* rem. 7. He B. 8. prophętas. 10. occiduum A. 11. alpham B. 13. qui deorsum A. que B. rion A.

Haec stellae uocantnr trion. Stellae ergo, quas .ω. significare diximus, *hoc* | mense decembre in initio noctis apparent, occidunt et mane oriuntur; lucent hor. III. | in ian. hor. IIII. in feb. horas V. in mar. VI. in apri. VII. in maio VIIII. in iunio X. | iam in iulio primo sero quasi in hora V. apparent, lucent hor. IIII. in aug. lucent | VII.
48 in septb. V. in oct. IIII. in noub. III. habent tamen unam ceteris clariorem, | sicut supra indicauimus; crux uero istas sequitur quasi post unius horae | spacium; illae uero quae alfam significant, istas post alterius horae spacium | prosecuntur, de quibus scribere non est necesse per singula; tramitem uero ipsum | tenent quem sol mense iunio. |


49



Has stellas signum Christi uocant, quia ipsum signant, set habent unam clariorem. | In aprile mense primum apparent mane, lucent hor. II., mai. III., iun. V. | iuli. VI. fol. 80v. in augusto primo sero apparent, lucent tota nocte, in septembrio | hor. VII. in octubrio VII. in nouembrio VI. in decembrio V. in ian. IIII. in feb. III. | a medio mar. lucent hor. II. tenent tamen superiorum uiam; aprile tamen | et maio primo sero apparent, occidunt, et mane oriuntur.


14. Hę B. significari. 15. decembri B. 16. in feb. ora .V. A. h *supra scripsit vetustior corrector,* s *supra scr. B.* in iunius A. 17. in hor. V. A. 20. illas uero. — spatium B *utroque loco.* alpham B. 23. *χpι* AB. noca A. sed B. 24. aprili B. primo B. 25. septembri B. 26. octobri B. nouembri B. decebrio A. decebri B. 27. aprili B.

50




Haec stellae a quibusdam anguis uocantur; in augusto primo | mane apparent et lucent hora I. in sept. hor. III. in oct. hor. V. in noub. VI. | in dec. VIII. in ian. X. in feb. VIII. in mar. VII. in apri. V. in mai. II. in iun. iul. que latere solent. |

51



Has stellas quidam massam uocant, nonnulli Pliadas, plerique nero | butrionem; men. iun. egrediente oriuntur et lucent mane hor. I. in iul. hor. III. | in aug. hor. IIII. in sep. hor. VI. in oct. hor. VII. in nob. VIII. in decb. hor. VIIII. in ian. | VIII. in feb. hor. VII. in mar. hor. III. in april. hora una, in maio latent.

52




Has stellas quidam massae feretrum uocant, quae superiores secuntur; oriuntur

29. Hę B. 30. ora A. *post hanc vocem erasa vox, quae videtur fuisse* prima, *cuius loco vet. m. supra scr.* l. *scilicet ut legas* una. 36. in feb. ora VII. *A, supra scripta* h *litt. manu vet.* 37. Hastellas A. *supra scr.* s *vet. m.* quidā arte feretrū *unde* massae feretrum E. *nihil enim frequentius quam* m *ita semel poni, ut bis intellecta alteram vocem claudat, alteram incipiat,* rt *vero litterae et* ss *in hac scriptura sunt simillimae. Praeterea conicias vel* arcae feretrum *vel* Mariae feretrum.


autem mense | [in] iulio medio, duabus tantum horis a superioribus discrepant; ipsum tamen uiae tra- | mitem tenent. |

53



Haec stellae kal. augustis oriuntur primum, quas quidam falcem uocant; | fol. 81r. duas hor. tardius a superioribus surgunt, quarum cursum ideo | per singulos non descripsimus menses, quia sufficere arbitrati sumus | dixisse a superioribus duarum spatio horarum esse disiunctas. sciendum tamen, | quod mense maio iunioque et iulio latent et cum ortae fuerint, ipsam uiam, | quam sol mense maio uel augusto pergit, tenent.


54






Istae vero stellae falcem secuntur, in hoc discrepantes, quod duabus tantum horis | post tergum secuntur, ipsam tenentes uiam, quam sol uel in septembre uel in aprile; lucent | primo sero, set parum.

38. in *vocem delevit B.* oris A. 39. Hę B. kals. augusti B. primo B. 40. a superiobus AB. 41. singulos *uel* singulas A. 42. *vocem* horarum *supra lin. add. vet. m.* 43. *supra v.* ortae *videtur* h *additum et deinde erasum.* 44. *fort. scrib.* qua. 45. falcę A. oris, *corr. vet. m.* 46. postergum AB. septembri B. aprili B. 47. sed B.

 55


Haec stellae ad imam australem plagam surgunt, a tergo superiorum horae unius interuallo, | quas quidam quinionem uocant, ipsam uiam quam sol februario mense tenentes.

 56

De his stellis, quas rustici plaustrum uocant, quid dicere possumus, cum non ut reliquae stellae oriuntur | aut occidunt? set tamen quantum ex ipsis intellegimus, non silemus. A sapientibus septentrio uocatur | propter numerum; unde et plaga illa, in qua habentur, a quibusdam ex eorum nomine uocitatur: | nos uero aquilonem dicimus. Apparent ergo haec stellae a parte aquilonis omni tempore. cum in aestiuo | noctes 57
fuerint breuiores, istae humilius habentur et ad lucem thimonem ad occidentem faciunt; cum | uero autumnum uersus proficientes noctes crescere ceperint, et haec altiora continent caeli et sic usque diminutionem | reiteratam noctium faciunt. Hoc tamen sciendum, quod in hieme adpropinquante luce thimonem uertit | ad orientem; noscendum etiam est et illud, quod omnibus annis aequaliter oriuntur. |

48. Hę B. superiorę A. superiore B. 50. hiṣtellis AB. 51. sed B. 52. numero A, *corr. vet. m.* 53. hę B. 54. nocte A. ureuiores A, *ut videtur*, *habuit.* 55. et hę B. dimuuutione A. dimunutionem B. 56. iterata *ante quam vocem duae vel tres litterae erasae, fortasse* re. lucę A. 57. equali A. equaliter B.

fol. 81v.




58 Haec stella com*etes* uocatur a plerisque peritis. non omni tempo-| re, set maxime aut in obitu regis aut in excidio apparet regionis. Qua-| liter ergo intellegatur, haec est ratio: cum capud crinitum diademate apparuerit fulgo- rans, | regalem adnuntiat letum; si autem gladium ferens, rntilans, cum nigrore
59 sparserit comas, patriae | monstrat excidium; sic enim et ante pestilentiam Aruernae regionis apparuit pendens per annum integrum | super regionem illam. Quod enim has proferat tristitias, Prudentius cum de natiuitatis dominicae stella | prudenter dissereret, haec in hymno scae Epiphaniae ait:

„Tristis comita intercedat,
et sicut astrum. sibi |
offeruerit uapore iam dei,
sublucendis tractu cadat.“

nam et priusquam Sigibertns rex obiit, crinita | mnltis apparuit.

60 SCRIPSIMUS DE ORTIS UEL OCCASIBUS siue cursibus stellarum, pauca| signa, quot arbitrati fuimus sufficere, praeponentes: nunc ea pandimus, qualiter ad officium dei obseruan- | dum possit deuotio humana consurgere; et forsitan detrahit aliquis, cur non a mense martio uel ab ipso | natiuitatis dominicae die sumpserimus exordium: nouerit, quia stella, quae mense martio obseruatur, in | alio oritur
61 mense.

## SEPTEMBER.



In mense septembre oritur ergo stella splendida, quam supra rubeolam diximns, aliam prope se ha- | bens minorem praecedentem; ergo quando in septembre oritur, si signum moueatur ad matutinos, | quinque psalmos in dei laude concinere

59. sed B. ouitu A. obitum B. exicidium B. *quid in A fuerit, non satis apparet; manifestae sunt litterae hae:* exi . . io. 60. est *om. A, sed ead. m. supra scr.* — cum apud A. caput B. deadimate A. (i *litt. dubia*). diademate B. 61. loetum B. negrore A. 62. excilium A. et ate pestilentia A. et ad pestilentiam B. 63. *Vid. Prudent. cathem. XII,* 21—24. „Tristis cometa intercidat, Et, si quod astrum Sirio Feruet uapore, iam dei Sub luce destructum cadat.“ 64. ymno B. epyphanie A. epyphanię B. cometa B. 65. oberit. 67. quod A. quot E. quae *pro* quod B. 68. detrait A. mensę A. 70. septembri B. robeola A. alia A. 71. septembri B. matutinus A. 72. continere A. *unde* canere *vel m.* concinere E.

in antiphonis potes; iam uero si ad medium noctis uis signum | caeleste requirere, falcem obserua, et cum in hora diei quinta aduenerit, surge; certe si uigiliam perpetim | celebrare uolueris, si consurgas, cum stellae apparent, quas butrionem superius uocitamus, explicias | nocturnos cum galli cantu, octogin*ta* psalmos in antiphonis, priusquam matutinos incipias, ex- | plicabis.

OCTUBER. In octubre uero falcis illa cum oritur, mediam noueris esse noctem; deinde | celebratos nocturnos cum gallorum cantu, nonaginta in antiphonis concinere poteris psalmos; | deinde adtende rubeolam, quae cum hora diei uenerit secunda, si signum ad matutinum moueas, decim | poteris concinere psalmos. 62


NOUEMBER. Mense nouembre iam prolixioribus noctibus falcis hora | noctis quinta oritur. quod si sic consurgas, celebratos nocturnos gallique cantum, centum X. psal- | mos psallere poteris. rubeola uero cum hora tertia uenerit, si signum sonet, duodecim nihilominus | psalmos in antiphonis explicabis ad matutinos. 63

fol. 82r. DECEMBER. Mense decembre falcis hora | noctis oritur quarta; si illa hora consurgas, dictis nocturnalibus hymnis uel galli cantu | dupliciter, hoc est LX. in his duobus cursibus psalmis, quia ante dominicum natalem | maturius consurgere debes, tunc relicum psalterium in antiphonis decantabis. signum | ad matutinos si moueas cum oritur rubeola, XXX psalmos expedite decantandum. 64

Post eas oriuntur | stellae, quas simam, id est stephadium diximus; deinde oriuntur in hoc mense stellae illae, quae crucem | maiorem praecedunt, quas س nominauimus, in quibus est una aliarum clarior ac lentior, quam com- | modius poteris obserua*re*. | 65

72. psalmis A. antyphanis A. potest A. 74. butronem A. 75. calli A. antyphanis A. matutinus A. 76. explicauis A. In octobri B. nouerit A. 77. celebratus nocturnus A. antiphanis A. psalmus A. 79. nouembri B. falx B, *ita ut quod antea scriptum fuisse verisimile est* falcis, *non appareat.* 80. cento A. 81. psalmus A. sonit A. nichilomninus A. nihilomninus B. 82. psalmus A. antyphanis A. falx B *item deleta scriptura vetere.* 83. ymnis B. cantum A. 85. reliquum B. antyphanis A. 86. matutinus A. moueas coritur A. expedites *videtur habuisse A.* post as A; *scriberem* post has, *nisi* e *litteram supra lin. addidisset rubricator.* 87. stelles quas quassimam — diximus A. stellae quas quidam simam — dicunt B. *emendatione satis operosa.* 88. in quibu A. clarior hac A. cummodius A.

66



IANUARIUS. Mense ianu. post dictos nocturnos stellae istae oriuntur, inter quas, ut superius diximus, quae est | clarior, obseruatur; si ad horam die tertiam uenerit, si matutinos incipias, XV. psalmos poteris psallere. |

67 FEBRUARIUS. Mense februario quando oritur stella illa, quam inter stellas superiores diximus clariorem, | si nocturnos incipias, mediam esse intellegas noctem; cum stella ad horam diei quartam aduenerit, si signum | ad matutinos commoueatur, XII. psalmos poteris explicare.


68 MARTIUS. Mense martio cum | quadragensima aduenerit, et maturius consurgere debes; quando stella est in hor. II. diei, si surgas, dicis | nocturnos et galli cantum, quae dupliciter, ut superius diximus, hoc est in directis LX. psalmos; quibus | expeditis psallis in antiphonis XX. psl. et stella illa uenit ad horam V. diei; quod si sic inchoas | matutinos, XXX decan*tatis* cum antiphona psalmis lucescit.

69 APRILIS. Mense autem aprile | si adhuc quadragesima est, similiter obseruabis quae praeterita. si tardius consurgere uolueris, | obseruabis stellam, quam inter eas,

91. si *post* obseruatur *om. A.* ad hora die tertia A. matutinus A. poterit A. 94. ad matutinus A. 95. quadragesima B. 96. nocturnus A. canto A. cantu B. 97. antyphanis A. et stilla A. 98. matutinus A. *Ante* XXX *supra lin. positum* ut, *et deinde* psalmos, *sed utrumque rursus detersum*; *deinde pro* decantatis *A. fort. habuit* decantes. antyphana AB. luciscit A. aprili B. 99. obserbabis A.

quae signum Christi faciunt, diximus clariorem; quae cum orta fuerit, | si signum commoueatur ad matutinos, octo psalmos poteris in antiphonis expedire. |

fol. 82$^{v}$. 70




MAIUS. Mense maio cum orta fuerit, nocturnos celebrabis cum galli cantu, expeditisque | et reliquis cursibus cum ad horam tertiam uenerit, si matutinos incipias, VII. psal. in antiphona | explicabis.

IUNIUS. Mense iunio cum surrexeris similiter, celebrabis, et cum in hor. IIII.$^{\text{tam}}$ 71
uenerit, | matutinos incipiens V. psalmos poteris decantare. VIII. autem kalendarum iuliarum stellae illae, quas | butrionem uocitauimus, oriuntur, quas in sequentibus mensibus rectius obseruabis.

IULIUS. | Mense uero iulio potestatis tuae erit temperandum, quia noctes bre- 72
uiores habentur, si tota nocte uigi- | les, si media nocte consurgas; tamen cum stellae istae apparent, si signum sonet, sex psalmos | expedis.

300. signum *χpι.* 1. ad matutinus A. antiphanis A. *Post vocem* expedire *reliquae tres lineae huius paginae in cod. vacant, quia non sufficiebant ad recipiendam figuram quae sequitur.* 3. matutinus A. antiphana A. antiphonis B. 4. surrexerit. *syllabam* tam *supra numerum* IIII. *addidit B.* 5. matutinus A. iuniarum. iuliarum E. 7. brebiores A. 8. uigilis A.

73 **AUGUSTUS.** Mense augusto cum haec stellae oriuntur, nocturnos reliquos- | que cursos adimple; dehinc cum ad horam tertiam diei uenerint, si matutinos incipias, VII. | psalmos in antiphonis explicabis; quod si nocte tota uigilare uolueris, totum psalterium | decantabis.



9. hȩ B. 10. ad hora tertia A. uenerit. uenerint E. matutinus A. 11. antiphanis A.

# Adnotatio

1. De septem orbis miraculis veterum locos collegerunt Leo Allatius et Io. Conr. Orellius ad Philonis de iis libellum, neque effecerunt tamen, ut aut quando et a quo is numerus constitutus aut quomodo in eligendis mirabilibus operibus ipsis variatum sit appareat; et Gregorius quidem Noe arcam et Salomonis templum iis, quae antiquitus et proprie numerari solebant, suo arbitratu addidisse videtur; reliqua quinque quis praeter eum aut num quis unus coniunxerit nescio; certe ea omisit, in quibus deorum gentilium mentio facienda erat. Alterum deinde ordinem septem miraculorum naturalium vel divinorum totum videtur ipse finxisse, nisi forte aliud probant versus nuper a Darembergio editi nescio cuius Hypati vel Sangiuatii, quos nondum vidi, *εἰς τὰ ιϛ´ θεάματα τῆς οἰκουμένης.*

2. De structura arcae non omnia conveniunt cum iis, quae traduntur Genes. c. VI, 15 sq. et maxime verba illa: *cuius omne opus in cubito consummatum est* non recte posita sunt; ne tamen credas fenestram cum ostio confundi; *sive* enim particula hic et paulo post et § 12. 19. pariter ac *vel* pro *et* dicitur; vid. infra ad § 64. hist. Franc. VI, 45, p. 322 C. *immensum pondus auri argentique sive vestimentorum protulit.* Deinceps nihil tribuendum est scripturae pr. m.: *in eam — reserata sunt;* legitur enim in hist. Franc. I, c. 4: *Dominus — diluvium immisit — tantumque Noe — cum sua et trium natorum coniugibus posteritatis reparandae gratia in arca reservavit.*

5—11. Intactum hunc locum reliqui, quippe in quo nihil memoria dignum sit nisi ipsa etiam vitia et quidquid ad Vulgatam emendandam utile esse potest.

12. Sunt qui regiam Cyri inter septem miracula numerent, ut Hyginus fab. 223. et alii, quorum locos Orellius l. c. pag. 142, 143, 145 attulit; sepulchrum vero regis Persici nemo commemoravit; nec mihi in promptu est dicere, quo auctore Gregorius usus sit; nam quae de Persepolitanis sepulchris et de Cyri sepulchro Ctesias, Diodorus,

Strabo, Arrianus, alii prodiderunt, nostris illa temporibus multo accuratius cognita, ea ad Gregorium propagata esse parum verisimile est; potius credam Mausolum a Gregorio pro rege Persico habitum esse, ut a Placido pro Aegyptio; vid. Mai. class. auctt. III, p. 482.

**foris prominentes**] Non ausus sum scribere *inforis*, partim quia illud *in* post rasuram non sine dubitatione agnoscitur, partim quia facile oriri potuit per errorem post antecedentem litteram *m*; denique exempla eius vocis praesto non sunt; nam *aforis* et *deforis* quidem iam Handius in Tursell. v. *foris* notavit; et *aforis* legitur apud Gregorium hist. Franc. lib. I, c. 43, p. 36 A. ib. lib. II, c. 23, pag. 73 extr. de glor. mart. I, c. 9, pag. 731 E et pag. 732 A.; de miracc. S. Mart. II, c. 24, p. 1053 D. c. 33, p. 1060 E. c. 50. *deforis* apud Bedam vit. Cuthb. c. 17.; sed *inforis* me legere non memini.

13. Recte mihi scripsisse videor *Rhodo insulae*; sed est haec res ex iis, de quibus adhuc decerni non possit. Non recte deinde scribi videtur *iacere*, quamquam de structura illa *capiti iacere* non dubitandum; legitur enim *posita capiti sarcina* de miracc. S. Iul. c. 20, p. 865 B. *frenum capiti collocare* de glor. mart. I, c. 6. p. 728 B. *littori remeare* ib. c. 72, p. 802 C. *boves telluri stabiliti*, qui antea dicuntur *defixa solo animalia*, de glor. conf. c. 77, p. 958 D.

**tritici choros**] Cf. hist. Franc. lib. IV, c. 34. *Factum est, ut expellentes monachi de horrea annonas quasi coros tres ad solem siccare ponerent.* Gloss. ap. Mai. l. c. VI, p. 533. *Modix* [scr. *Modius*], *corus*. Graece dicitur *κόρος*; sed latini medio aevo aspirationem ponere solebant, ut docent Hugutio, Io. Ianuensis, Mammetract. ad Luc. 15, 25. Vocabularius breviloquus, alii; unde versus: Est mensura chorus, bacchatur flamine chorus [corus],
Cantat dulce chorus, est locus ipse chorus.

14. Theatrum hoc nemo memorare videtur praeter Bedam, qui fertur, cuius hunc locum attulit Orell. l. c. p. 149, recusum in nova Bedae editione Londinensi vol. IV, pag. 12: *Quintum miraculum theatrum in Heraclea de uno marmore ita sculptum est, ut omnes cellulae et mansiones, muri et antra bestiarum ex uno solidoque lapide factum est, super septem cancros de ipso lapide sculptos appendens sustinetur. et nemo in gyro ipso tam secrete aut solus aut cum aliquo loqui potest, quod ipsum non audiant, qui in gyro aedificii sistunt.* Marmore Heracleo apud Bituriges opertorium sepulcri factum esse narrat Gregor. de glor. confess. c. 102. item ab Heraclea marmor peti voluisse Ephesios ad fanum Dianae faciendum tradit Vitruv. lib. X, c. 2, 15.

15. **unum quemque brachium**] Nomina neutr. gen. secundae declinationis saepius reperiuntur apud Gregorium genere masc. usurpata; tale est quod *regalem letum* dixit infra § 58; item *sputos* vit. patr. c. 13, p. 1216 F et 1217 A. *super hunc tectum* hist. Franc. lib. IV, c. 36, pag. 178 C. *quasi signum, quod matutinis commoveri solet, sonan-*

*tem audissent* de miracc. S. Mart. II, c. 45, p. 1068 A. *quemquam membrorum* ib. c. 3, p. 1041 A. item *quis* dixit intellegens *sepulcrum*, de glor. conf. c. 84, pag. 968 C. *eum* saepius ad neutra retulit, ut ad *sacerdotium* hist. Franc. lib. VI, c. 39, pag. 315 D. ad *pallium* ib. VII, 22, p. 347 E. ad *oratorium* de glor. mart. I, c. 9, pag. 731 C. ad *linteum* ib. c. 19, pag. 742 E. quamquam ut multis modis generum observatio vacillat, ita in his exemplis praestat *eum* pro neutro accipere quam nomina illa pro masculinis; vid. infra ad § 44. neque id mirnm, cum eadem *us* et *um* terminationnm confnsione illud quoque effectum sit, ut masculina nomina in neutrum genus transferrentur; itaque *tumulum* dixit genere neutro de glor. conf. c. 84, p. 968 C. *lectum* de miracc. S. Mart. II, 45, p. 1068 C. *sarcophagum* hist. Franc. IV, 12, p. 150 E. 151 A. de glor. mart. I, 51, p. 781 D. et al. *stratum* autem et *metatum* modo voluit neutra esse secundae declinationis, modo quartae masculina. Deinde vero scribendum pntavi: *pharus autem ista*, quamquam in cod. est *iste;* scilicet et panlo ante genus femininum recte positum et Gregorius id in frequenti usu habuit; saepe enim appellativo sensu utitur hac locutione: *facta pharo magna*, ut hist. Franc. lib. VI, c. 14, pag. 291 B. X, c. 15, pag. 503 B. II, c. 37, p. 93 C. cf. de miracc. S. Iul. c. 34, p. 875 B. de glor. confess. c. 38, p. 926 A. de miracc. S. Mart. I, c. 10. et alibi. De aliis vid. C. Barth. ad Paulin. de vita S. Mart. pag. 28.

**operire non possit**] Anacoluthiae hoc genus, quod in oratione indirecta infinitivi loco antecedente coniunctivo conditionali coniunctivus ponitur, apud optimos quoque scriptores ferendum esse docui ad Reisig. scholas gramm. pag. 837. Gregorius vero eo genere creber est; vid. hist. Franc. lib. III, c. 23, pag. 128 B. *nunciatur Theudeberto patrem suum graviter aegrotare, ad quem nisi velocius properaret, — a patruis suis excluderetur et ultra illuc non rediret.* cf. de glor. mart. I, c. 82, pag. 814 E. de glor. confess. c. 18, p. 907 C. vit. patr. c. 2, 2, pag. 1155 B. Atqne sunt etiam exempla conjunctivi positi, ubi non antecedat sententia conditionalis, ut hist. Franc. lib. VIII, c. 15, pag. 387 D. *praedicabam iugiter nihil esse Dianam, nihil simulacra —; indigna etiam esse ipsa, quae — cantica proferebant: sed potius deo omnipotenti dignum sit sacrificium laudis impendere.*

17. **iussione dei**] Frequentissima est apud Gregorium *iussionis* vox, ne de scriptura ob D codicem dubitetur. Vid. hist. Franc. lib. II, c. 29, p. 81 B. *deorum nostrorum iussione cuncta creantur ac prodeunt.* lib. V, c. 34, p. 242 D. *iussione divina.* lib. X, c. 16, p. 506 B. *ex iussione potestatis vestrae.* ib. p. 508 E. *ex iussione dominorum principum.* de glor. mart. I, 5, p. 726 D. *ex iussione Chilperici regis.* et alibi saepe.

**adinventione**] Vocabuli hnins apnd Gregorium aliud exemplum non inveni.

**deruerunt**] Est haec non minima pars mntati usus dicendi apud Gregorium, quod

transitiva quae dicitur aut intransitiva verborum significatio vel orta primum est cum nulla fuisset, vel frequentior facta, cum rarior; eius generis verba sunt *petere*, *expetere*, *dirigere*, *disrumpere*, *contrahere* et alia; eoque modo dixit etiam *columnae diruerunt* de glor. mart. I, 65, p. 796 B. *diruit in terram* de glor. conf. c. 79, p. 960 B. *monte diruente* hist. Franc. lib. IV, c. 31, p. 171 D. *sonitus tamquam diruentis arboris* ib. lib. V, c. 34, p. 242 B. cf. lib. VIII, c. 33, p. 406 C. 407 B, quo loco *deruit* scriptum est, ut hoc loco *deruerunt* a prima manu; item vit. patr. c. 1, p. 1146 D. *imber lapidum super eosdem deruebat;* de glor. mart. I, 72, p. 802 C. *de navi deruit.* itaque primam manum secutus sum, quamvis in editis libris exempla plura obstarent; illud vero manifestum, quam non recte *duraverunt* in cod. D. invectum sit.

**nam sunt alia**] Singularis plane est *nam* particulae usus apud Gregorium, quae ponitur in re nova ac diversa adiungenda fere ut *vero;* vid. hist. Franc. pag. 31 C. 134 D. 178 A. 252 D. 308 E. 505 E. vit. patr. c. 7, p. 1179 C. D. quae exempla de multis pauca inprimis perspicua sunt.

**transactum anni curriculum**] Cf. hist. Franc. lib. III, c. 15, p. 120 A. *post anni vero curriculum.* lib. VIII, c. 34 extr. *in loco ipso per anni curriculum degens.* lib. IX, c. 33, p. 457 D. *post multorum annorum curricula.* de glor. mart. I, c. 20 extr. *ut in ipsius anni curriculo finirentur.* ib. c. 6, p. 728 B. c. 37, p. 763 B. c. 38, p. 765 B. c. 59, p. 790 D. de glor. confess. c. 30, p. 918 D. c. 52, p. 936 D. de miracc. S. Mart. II, c. 45, p. 1068 B. III, c. 8, p. 1085 E. c. 20. c. 36. c. 44.

**commotio oceani**] Ne quis hic et infra § 19. de scriptura dubitet, produco locos illos hist. Franc. lib. I, c. 10, pag. 13 E. ubi est *commotio maris.* de glor. mart. lib. I, c. 6, pag. 727 C. *quod saevas fluctuum commotiones facile posset opprimere.*

18. **senescunt**] Cum alibi summa est in *e* et *i* litteris ponendis fluctuatio, tum in verbis huiusmodi nec ratio adhuc et norma certa explorata est nec singulorum scriptorum usus satis indagatus; itaque non ausus sum scribere *seniscunt* cum A, nec magis *luciscit* infra § 68; legitur enim constanter *inlucescere* et *praelucescere* in hist. Franc. p. 242 B. 514 A. 536 D. de glor. mart. I, c. 5, p. 725 D. c. 89, p. 822 A. c. 91, p. 823 D. et alibi; contra *contremiscere* p. 331 D. *reviliscere* p. 174 D.

20. **iacta terrae semina**] Cf. hist. Franc. lib. VI, c. 6, p. 278 E. *gladium terrae deiecit.* lib. IX, c. 41, pag. 470 B. *ut abbatissam de muro proiectam terrae deiiceret.* ib. c. 10, p. 430 C. *pro quibus (interfectis) vix obtentum fuit, ut terrae reconderentur.* de glor. mart. I, c. 88 init. *partum suffocatum terrae recondere.* ib. c. 36, p. 762 A. *cum fletu magno deiecta terris.* ib. c. 107, p. 843 D. *liquor terrae diffunditur.* de glor. conf. c. 59, p. 940 E. *terrae devolutus.* ib. c. 101 extr. *terrae delapsus.* de miracc.

S. Mart. I, 4, p. 1005 E. III, 57 extr. *prostrati terrae.* ib. II, c. 37. *devolutus terrae,* quod omnes ferme libros mss. habere testatur Ruinart, sed ipse non edidit. ib. III, c. 18. *animalibus terrae deiectis.* ib. IV, c. 36. *inter manus dilapsa comitantium terrae conruit.* ib. c. 15, p. 1124 B. *terrae decumbere.* vit. patr. c. 10, p. 1203 A. *provolutus terrae.* ib. p. 1205 C. *terrae defixit.* Sed maxime comparandus est locus de immortalitate, qui legitur hist. Franc. lib. X, c. 13, p. 500 extr. *Haec ostendunt et illa, quae iaciuntur semina terris, quae commendata sulcis, si fuerint mortua, cum multiplici fructu resurgunt.* atque adferuntur deinceps eadem Pauli apostoli verba, quae hic § 21. Ceterum dativi ille usus non in uno terrae nomine continetur sed pertinet et ad alia eiusdem aliarumque declinationum nomina, quae singulatim persequi nolo; de nominibus tertiae declinationis vid. ad § 13. Neque interest, utrum motus an status quietus significetur; unde Beda de orthogr. pag. 13, vol. VI. ed. Lond. *Equo sedeo dativo casu et ablativo sine praepositione dicendum.* Quam regulam secutus dixit Gregor. de miracc. S. Mart. IV, 31, p. 1132 D. *asellus, cui sedeo.* et Beda vit. Cuthb. c. 2. *equum cui sedebat.* ib. c. 5. *iumento, cui sedebat;* sed ib. c. 15 extr. *iumentum, quo sedebat.* et Gregor. vit. patr. c. 8, 5, p. 1188 B. *templo huic, quo requiesco.*

**in culmina**] Quod *culmos culmina* dixerit Gregorius, qui tamen ablativo *culmis* usus est vit. patr. c. 10, 1, p. 1202 E. alio exemplo confirmare non possum, nec tacebo deinceps, si qua sunt ἅπαξ λεγόμενα, quae non est cur de auctore libri dubitationem iniciant; cum enim in quovis scriptore iniquum est exigere, ut ea, quae genuina videri volumus, plus quam semel dixerit, tum id etiam iniquius in scriptore tali, cuius tota dictio e duabus partibus valde diversis conflata modo popularem dicendi consuetudinem corruptam jam, nec tamen plane perditam referat, modo vetustiorum litterarum non nimis accurata studia prodat. Quamobrem mirum non est, quod in reliquis quoque Gregorii libris haud pauca reperiuntur ἅπαξ λεγόμενα, quae vel invito irrepserunt e quottidiano usu, vel a doctae lectionis recordatione semel suggesta non in consuetudinem abierunt; itaque illud unum quaerendum est, sintne ea talia, ut a Gregorii vel aetate vel ingenio abhorreant, id quod in heteroclita profecto non cadit, quorum sunt apud eum exempla creberrima. Omnino autem verum est, quod ipse profitetur, neque grammaticis neque rhetoricis litteris satis se institutum esse, adeo ut „nomina discernere nesciat, saepius pro masculinis feminea, pro femineis neutra et pro neutris masculina commutet, ut ipsas quoque praepositiones, quas nobilium dictatorum observari sanxit auctoritas, loco debito plerumque non locet; ut pro ablativis accusativa, et rursum pro accusativis ablativa ponat.“ vid. de glor. conf. praef. quae omnia ita esse exemplis facile doceri potest. Multo magis mireris, si voces vulgarem aliquam notionem habentes

non plus quam semel usurpatae sunt, quales notavi § 17. 36. 43. 58. 61. 72. atqui tales etiam alibi sunt, ut *continuatim* de miracc. S. Mart. I, 6, p. 1008 D. et aliis locis *ceu*, *decubavit*, *ambitio horti*, quod modo protuli *dictatores*, et alia.

**iaciebat**] non recte puto D cod. *iacibat* habet, quamquam reperiuntur apud Gregorium pauca eius generis exempla, quorum adhuc fides dubia: hist. Franc. lib. IX. c. 6, pag. 422 E. *infarcibat*. ib. c. 8, pag. 426 A. *lacessibat*.

22. **adpraesens tamen**] Videatur cuipiam scribendum esse *at praesens*, quia alibi saepe beneficia et miracula praesentia appellantur; sed neque *at* — *tamen* particulas sic usurpasse videtur Gregorius, nec dubitandum, quin composita voce *adpraesens* usus sit; vid. de glor. conf. c. 96, p. 978 A. *si eo momento adpraesens fueris*, *sanus efficieris*. de glor. mart. I, 5, p. 725 E. *iuxta stultitiam mentis durae numquam ad haec credenda movebar, donec brutam segnitiem adpraesens ipsa, quae ostensa est virtus argueret*, ubi non recte *ad praesens* scribitur. Gloss. ap. Mai. class. auctt. VI, p. 504. *Adpraesens*, *praesens*.

23. **de phoenice**] Quod pr. m. et hic et supra § 18 *phinicem* scripsit, non spernendum est; ita enim Gregorius scripsisse videtur pronunciationem Graecorum secutus; similiter infra § 51 *Pliadas* appellat; § 58 *comitam;* de glor. conf. c. 73. *cimiterium*, ubi Ruinart contra codd. mss. *coemeterium* edidit. Ceterum testimonium hoc de Lactantio carminis de phoenice auctore, quod iam Hauptius praef. pag. XXVIII neglegendum non putavit, nunc etiam pluris faciendum est, postquam Gregorium testem esse cognovimus.

24. **uerno hibernoque**] Usum hunc e vetustioribus scriptoribus satis nunc comprobatum, de quo vide quae a Madvigio et C. F. Hermanno collecta habet Halm. ad Cic. in Vatin. 1, § 3, deteriores quoque scriptores frequentaverunt; *hiberno* dixit Dosith. fab. Aesop. 17 extr. pag. 37 ed. Boecking. *hesterno* Sulpic. Sev. dial. III, c. 1, 5. c. 2, 1. c. 5, 2. 3. c. 17, 3. *crastino* Minuc. Fel. Oct. c. 40 extr. Gregorius infra § 42 scripsit *matutino;* alibi tamen eo usu abstinuisse videtur, nisi quod infra § 57 dixit *in aestivo*, ac praeterea *in crastino* hist. Franc. lib. VIII, c. 15, pag. 388 extr. de glor. mart. I, 90, p. 823 A. c. 104, p. 838 E. de miracc. S. Mart. II, c. 1, p. 1039 C. c. 32, p. 1060 B. vit. patr. c. 3, p. 1159 B.

25. **ex diversis pigmentorum generibus**] Lactantius *sucos et odores* dicit v. 79, quos deinde pluribus verbis enumerat; sed sucos et pharmaca etiam *pigmenta* dici iam Forcellinius exemplis probavit et confirmat Gregor. de miracc. S. Mart. II, c. 1. *vocavi Armentarium archiatrum et dico ei: omne ingenium artificii tui impendisti*, *pigmentorum omnium vim iam probasti, sed nihil proficit perituro res seculi.* ib. III, c. 60, p. 1112 B. *o theriacam inenarrabilem! o pigmentum ineffabile! o antidotum laudabile!*

26. **adprehensumque nidum**] Non assentior Hauptio, qui ablativos ponendos iudicavit, quos nec Vindobonensis liber habet nec Bambergensis; scilicet videtur Gregorius praeter creberrimum nominativorum absolutorum usum etiam accusativos absolute usurpasse, id quod iam Cointius et Ruinart statuerunt; quae res quamquam talis est, ut vix quicquam pro certo adfirmare audeas antequam dicendi consuetudo, quae Gregorii aetate obtinuit, accurate explorata fuerit, exemplorum tamen multitudo efficit, ut dubitare non liceat; duo vel tria habemus infra § 62, 63, 61. praeterea collegi haec, quorum partim dubia videri non nego: hist. Franc. lib. VI, c. 17, pag. 293. C. *audiunt, quod rex, dominum vita excessum, famulos tamquam malefactores a basilica tractos iuberet interfici.* qui locus et sensu obscurus est et verbis depravatus videtur: ib. c. 46 extr. *ut eum interemptum audivit, advenit, ablutumque vestimentis melioribus induit, noctem in hymnis deductam, in navim levavit.* ib. lib. X, c. 5, pag. 489 C. *Sed ille — quo iussus est, abiit, repertumque Flavianum domesticum causatus cum socio nec noxialis inventus, pacificatus cum eodem, redire ad propria iussus est.* vit. patr. c. 15, p. 1223 C. D. *reperitque ibi oratorium, quod diligenti cura compositum, erecto altari loculumque in eo ad recipiendas sanctorum reliquias praeparatum, ad benedicendum invitat episcopum.* ib. c. 16, p. 1230 B. *palpata membra infirmi eum super lectulum suum requiescere fecit.* de miracc. S. Iul. c. 17 init. *Fuit quidam diaconus, qui relictam ecclesiam fisco se publico iunxit.* de glor. conf. c. 80, p. 962 D. *At ille, adprehensam eius manum, duxit ad locum.* de miracc. S. Mart. I, c. 10. *duae puerorum lanceae, emissas flammeas pharos, lumen euntibus praebuerunt.* ib. III, c. 35. *celebrata sollemnia, invocantes S. Martini nomen duo paralytici gressum caecusque unus visum recepit.* vit. patr. c. 4, p. 1160 C. *in quo episcopatu, auctam beati Amantii antistitis basilicam, sanctum corpus inantea transtulit.* ib. c. 5, p. 1165 E. *Tunc abbas, vocatum Beatum, ait —.* ib. c. 6, p. 1172 A. p. 1174 B. c. 7, p. 1181 E. c. 8, p. 1188 E. De glor. mart. I, c. 10, pag. 732 C. *Ad participationem gloriosi corporis et sanguinis dominici — infans Iudaeus accessit; quod sanctum assumptum, gaudens ad domum patris revertitur.* ita certe aliquot codd. mss., ut testatur Ruinart, qui tameu edidit: *quo sancto assumto.* Ib. c. 34, p. 760 A. *Huius altare posita in altum pulpita locatum habetur.* ita codd. mss. fere omnes, ut ait Ruinart; ipse scripsit *positis in altum pulpitis.* Cf. de glor. conf. c. 41, p. 928 C. vit. patr. c. 5, p. 1166 B. In quibusdam locis de structurae ratione dubitare liceat, veluti de glor. mart. I. c. 69, p. 799 D. *ferunt fuisse mulierem, cui a viro crimen impactum nec omnino probatum, a iudice ut aquis immergeretur, diiudicata est.* ib. c. 67 extr. *basilicam magnam aedificavit, dedicatamque, festivitatem in ea excoli praecepit.* de miracc. S. Iul. c. 44, p. 881 B. *et adprehensum puerum elevaverunt eum semivivum.* vit.

patr. c. 14, p. 1222 A. *tunc amici adprehensum puerum duxerunt eum ad virum dei.* hist. Franc. VI, c. 29, p. 302 E. *ecce ab alia parte veniebat abbatissa et denudatam puellam induit eam veste regia.* ib. c. 11, p. 288 C. *vallant antistitem, deiectumque ab equo fugant omnes comites eius.* ib. c. 24, p. 297 D. *quem Sigibertus arcessitum amputavit comam capitis eius.* lib. II, c. 20, p. 71 C. Denique referenda huc est etiam formula *futurum ut* sic usurpata, ut solum *ut* sufficere credas, hist. Franc. IV, c. 18, p. 159 C. ib. c. 26, p. 165 B. I, c. 43, p. 35 C.

**puluis exustus**] Parum opportuno acumine corrector cod. Bamb. *exustae* scripsit, scilicet quia non puluis sit exustus sed de ave exusta supersit; eadem ratiuncula moti apud ipsum Lactantium v. 98 offensi verbis illis: *et ambustum solvitur in cinerem*, aut *angustum* scribi aut *ambustum* ad corpus referri voluerunt, non ad cinerem. Isto modo tolerandum profecto non videbitur, quod scribit Gregor. hist. Franc. lib. IV, c. 12, p. 151 A. *manabat ex ossibus mortuis foetor letalis.* sed neque illic *mortui*, neque hic *exustae* laudari decet, quamquam vulgari ratione dixit Gregor. de glor. mart. I, c. 19, pag. 742 D. *cineres exustorum pignorum.* atque sunt alia in hoc genere multo magis admiranda, ut illud de miracc. S. Iul. c. 17, p. 862 E. *non enim tibi tam longus mos erat orandi*, i. e. mos tam longe vel diu orandi.

29. **mons Siciliae insulae datus**] Ne quis haereat in voce *datus*, neve eam aut mutandam putet, facile enim *clarus* coniicias, aut omittendam cum cod. D., sciendum est saepe id verbum insolito modo a Gregorio usurpari; dicit plerumque *die facto, mane facto*, sed nonnumquam etiam *die dato, mane dato;* item *data nocte*, *data pace* de glor. conf. c. 101 extr. de glor. mart. I, c. 104, p. 838 C. *cum prima quies nocturno tempore data fuisset* ib. c. 106, p. 842 A. *data terris luce* ib. c. 5, p. 725 D. *dato cunctis nocturna quiete silentio* de miracc. S. Iul. c. 20, p. 864 F. *dato cum fulgore gravi sono tonitrui* ib. c. 27, p. 869 F. *data aestate* de glor. conf. c. 18, p. 907 D. *data serenitate* de miracc. S. Mart. I, 9, p. 1012 A. *dato impetu ad vomitum* vit. patr. c. 17, p. 1237 C. *data maturitate* ib. III, 34, p. 1098 B. *dato silentio* hist. Franc. VI, c. 40 extr. Illud vero huic loco similius, quod scribit de glor. mart. I, c. 72. init. *Dionysius vero episcopus Parisiorum urbi datus est martyr.* de miracc. S. Iul. c. 1 init. p. 848 B. (item p. 1265 et 1266 A.) *inclytus martyr Iulianus Viennensi ortus urbe Arvernis datus est martyr.* cf. de glor. conf. c. 30, p. 918 D.

30. **Meminit et huius m. et ille**] Cf. de glor. mart. prooem. extr. p. 715. *de quo et ille Simeon ait.* Et de cumulatis particulis cf. infra § 57. hist. Franc. lib. II, c. 23, p. 74 C. *simulque etiam et infantem.* ib. c. 20 extr. lib. X, c. 24, pag. 516 E. *Tunc etiam et basilicam — succendere nisi sunt.* de glor. mart. I, c. 39 init. ib. c. 54 extr.

c. 60 init. de glor. conf. c. 70. c. 83 init. vit. patr. c. 4, p. 1163 A. c. 17, p. 1233 C. Quare rectius h. l. cnm H. scripseris: *etiam huius.*

**Iulius Titianus**] Non dubito quin prolato iam verissimo codicis Bamb. testimonio in errorem se inductos fateantur Hauptius et Weissenbornius codice D. cui obsecuti T. Livii nomen hoc loco posuerunt eique fragmentum quod sequitur tribuerunt tamquam e lib. XIV petitum; nomina enim *Livius* et *Iulius* cum facillime permutari potuerint, pronum erat pro Titiano Titum ponere, id quod librarius in cod. D. ita fecit, ut omisso Titiani nomine *tit* litteras ante nomen *Libius* supra lineam adscriberet; neque id mirum in eo codice, qni tot manifestas librarii mutationes continet. Ignobile igitur nomen in libro de fraude librariorum minime suspecto integre scriptum praeferendum profecto putabimus nomini illustrissimo per correctorem in librum alibi quoque interpolatum illato. Accedit quod ipsum quoque fragmentum cosmographo potius alicui convenit quam Livio, qui si aut Aetnae incendium inter prodigia memoravit, non potuit aliter id facere quam fecit Iulius Obsequens cap. 82. 85. 89. in qua re incredibile est quattuor maximorum montium mentionem iniectam esse; aut si statuamus locum illum in describenda Sicilia positum fuisse, parum verisimile est prodigium procuratum commemorari idque non sine obliqua aliqua Romanae superstitionis significatione. Contra a cosmographo similive scriptore utrumque rerum genus coniungi mirum non est; et vide quam prope fuerit, ut id faceret vel Plin. N. H. III. c. 8, § 88, vel Martianus Capella lib. VI, § 647. Quare de Iulio Titiano nemo dubitabit, quem „provinciarum libros pulcherrimos" scripsisse testatur Iul. Capitol. vit. Maximini iun. c. 1. eosdem Serv. ad Virg. Aen. IV, 42 appellat chorographiam; atque ex iisdem petitum videtur, quod proferunt Serv. ad Aen. XI, 651. et Isidor. origg. lib. IX, c. 2, 64, Amazonas a Titiano unimammas dictas esse; denique Iulium hunc Titianum oratorem intelligere malo quam Iulium Honorium in illis Cassiodori divin. lectt. c. 25. *Cosmographiae quoque notitiam vobis percurrendam esse non inmerito suademus, et loca singula, quae in libris sanctis legitis, in qua parte mundi sint posita, euidenter cognoscere debeatis; quod vobis proveniet absolute, si libellum Iulii oratoris, quem vobis reliqui, studiose legere festinetis, qui maria, insulas, montes famosos, provincias, ciuitates, flumina, gentes ita quadrifaria distinctione conplexus est, ut paene nihil libro ipsi desit, quod ad cosmographiae notitiam cognoscitur pertinere.* Constat vero eum oratorem fuisse; Ausonius epist. XVI, v. 81. *fandi artificem* appellat; fuit autem de secta Frontonianorum, a quibus eum *simiam* appellatum esse tradunt Sidon. Apollin. epist. I, 1 et Iul. Capit. l. c., vel quod cuncta imitatus esset, vel quod Ciceronis dicendi genus scriptis sub illustrium feminarum nominibus epistolis non digna similitudine expressisset; idem librum aliquem de arte rhetorica scripsit, eoque nomine cum Tullio et

Quintiliano censetur ab Isidoro origg. lib. II, c. 2, 1; Servius autem ad Aen. X, 18 dicit eum et Calvum cum omnia themata de Virgilio elicuisse et adformasse ad dicendi usum, tum etiam allocutiones duas, quae illo loco sunt, in exemplo controversiarum posuisse. Praeterea apologos Iulium Titianum oratorem prosa oratione et exili stylo composuisse tradit Auson. l. c. mittens eum librum Probo ut aptum filii eius puerilibus studiis; non abhorruisse autem eam materiam ab eloquentiae studio docent Surdini et Polybii exempla apud Senecas patrem et filium. Denique nihil obstat, quominus eidem Titiano etiam libros de agricultura tribuamus a Diomede lib. I, p. 365 commemoratos, ad quos pirum quoque Titianum referas licet, cnius nomen ex Cloatio Vero posuit Macrob. Sat. III, 19, 6. nam in hoc quoque argumento non cessasse rhetorum industriam queritur Palladius lib. I, c. 1. Ceterum ex Iul. Capit. l. c. satis intellegitur, et Iulium Titianum illum, qui Antoninorum temporibus vixit, in diversis scribendi generibus ingenium exercuisse, et filium eius, qui et ipse orator fuit et Maximini iunioris in ea arte praeceptor, nihil admodum scripsisse, quod memoria dignum esset. Non quaeram de Titiano tertio quodam, praef. praet. Galliarum, quamquam eum et ipsum eloquentissimum fuisse tradit Hieronymus; nulla enim scriptorum eius memoria extat et videtur non Iulius sed Fabius Titianus fuisse. Quare satis constare videtur, Frontonianum illum Titianum et sua aetate scriptorem haud ignobilem fuisse neque proximis seculis aut famam eius intercidisse aut libros legi desitos esse; chorographia vero cum et a Servio citata sit et laudata a Iulio Capit. et Cassiodoro, mirum non est quod etiam Gregorio innotuit.

**Erycus, Nebrodes, Neptunius**] Erycum recte dici, non solum Erycem, demonstraverunt Zumpt. ad Cic. accus. in Verr. II, c. 8 § 22. et Hauptius h. l. de Neptunio et Nebrode montibus agit Cluver. in Sicil. ant. lib. I, c. 6, 6. et lib. II, c. 11, 1.

**idque sentire orbis prope finem credentium**] Ingeniosa est sed minime vera G. Hermanni emendatio: *idque Centuriporum urbis propinquae fide credendum*; quis enim credat fidem vicinae urbis advocari in ea re, quae ab omnibus, qui eo accesserint, oculis cerni possit? quis autem Centuripas potissimum advocatas esse credat, quae urbs neque tam propinqua est Aetnae monti, ut Aetna oppidum, neqne fama ita celebris aut cladem ullam tam memorabilem ab incendio Aetnae perpessa, ut Catana, in quam ardenti flumini proximus descensus est? vid. Strab. lib. VI. pag. 269. ed. Casaub. et quae collegit Oudendorp. ad Iul. Obseq. pag. 101. Denique qua ratione *quamquam* particulam deinceps positam esse dicemus? qua satis declaratur, inanem fuisse illum Romanorum terrorem, cum Aetnae incendium in monstris procurarent. Quamobrem aliquid antea dictum oportet, quod ad corrigendum Romanorum errorem pertineret; quod quale fuerit, varie potest coniectari; certe haud improbabile est refutatum esse nimium hominum metum Aetnae-

orum ignium eruptionem cum fragore terribili densisque tenebris coniunctam *orbis prope finem credentium;* ita enim una littera mutata scriptum fuisse suspicor, et excidisse reliqua, quae ad sententiam perficiendam pertinerent; quare antea etiam *videns* retinui et deinde *credentium;* nam quod in D cod. *vident* et *credendum* scriptum est, videtur ad occultandam lacunam inventum esse.

31. **Quintum est de fontibus Gratianopolitanis**] Unus quod sciam horum fontium mentionem facit Augustinus de civ. d. lib. XXI, c. 7. neque ii videntur hodie superesse. — De usu *de* praepositionis, quem et hic et supra § 20 reperimus, facile est ex Gregorii libris exempla plurima congerere, de quibus unum hoc sufficit: de glor. mart. I, c. 24 init. *Est et illud illustre miraculum de fontibus Hispaniae, quos Lusitania provincia profert.*

**de medio foci**] Focum intellege ignem; vid. de glor. mart. I, 57, p. 788 A. *dum crebris ictibus lapidem quatiens nihil foci posset excutere.* ib. paulo post: *incrementum foci ad accendendum lumen nullus exhibere praesumpsit.* ib. c. 81, p. 814 A. *accendebatur interea vehementer focus ille sub dolio.* ib. c. 84, p. 817 A. *cum non esset unde ignis accenderetur, ab ipsis paleis focos sibi adhibuerant.* de glor. conf. c. 98, p. 979 D. *accenso foco.*

**portas nec ab igne conprehenderis**] Quod D habet *cremaris*, aut ideo invectum, ut ingrata eiusdem verbi repetitio vitaretur, aut voluit librarius ipsam versus Hilariani clausulam retinere: *portas nec ab igne cremaris,* sicuti etiam supra § 27. Lactantii illam servavit: *pascere cura subest.*

**quod si cereum uel tedas**] Depravata codicis D scriptura inductus scripsit Hauptius: *quod si rocum uetus admouetur,* doctissima sane coniectura, quae tamen neque in Gregorium satis convenire videatur neque nunc idoneam causam habeat prolata codicis Bamberg. scriptura, quae sine offensione est. Ceterum simul cognoscimus manifesto exemplo, codicis D scribae ante oculos fuisse librum, quem satis legere non posset.

32. **Hilarius quidam**] Non Hilarium Pictaviensem sic significat Gregorius, quem in reliquis libris suis saepe commemorat, sed minus sibi cognitum Arelatensem, quem, ut Hauptius monuit, *uersus fontis ardentis* scripsisse refert Honoratus Massiliensis vit. Hil. 11 (14); quod quid rei sit, post uanas hominum doctorum suspiciones nunc tandem hic locus declarat.

33. **refrigerium**] Cf. de miracc. S. Mart. IV, prol. p. 1115 B. *quae res non solum in praesenti saeculo tribuit beneficium, verum etiam praestat et refrigerium in futuro.* vit. patr. c. 16, 2 extr. p. 1230 A. vid. Act. Apostt. 3, 20.

**ad nocendum corpus**] Cf. de miracc. S. Juliani c. 27 extr. *neminem nocuit.* vit. patr. c. 17, p. 1235 E. *sed nocere eum dominus non permisit.* hist. Franc. lib. III, c. 31, pag.

132. C. *etiamsi mortiferum bibamus, — nihil nos nocebit.* ib. lib. V, c. 14, pag. 218 A. *a nemine Merovechus nocitus est.* de glor. mart. lib. I, c. 31. pag. 755 B. de glor. confess. c. 14 extr. c. 76 extr. vit. patr. c. 10, p. 1203 C. *nihil nocitus.* Defendit hunc usum contra grammaticos Beda de orthogr. pag. 24, vol. VI. ed. Lond. nec is ante Gregorium inauditus; vid. Drakenb. ad Liv. III, 55, 8. Oudendorp. ad Appul. Metam. I, p. 40. b. Schwebel. ad Veget. de re mil. IV, c. 4.

**accepturi erunt**] Cf. hist. Franc. lib. VIII, c. 1, pag. 376 B. *quod inhibente domino numquam ero facturus.* ib. c. 16, p. 389 D. *fide data insons rediturus ero ab hoc crimine.* ib. lib. X, c. 16, pag. 510 A. de glor. mart. I, 90, p. 822 D. Praeterea quam proclivis fuerit Gregorius ad genera nominum permutanda, hic quoque locus docet, quo masculinum posuit quasi antea non *incendia* sed *ignes* dixisset.

**perpetualiter**] Reperitur haec vox apud Gregorium in hist. Franc. non nisi in instrumentis ab aliis scriptis. vid. lib. IX, c. 20, pag. 440 D. ib. c. 39, pag. 466 E. c. 42, pag. 475 B. ipse ea usus est de glor. mart. lib. I, c. 32, pag. 756 E. vit. patr. c. 9 extr. fragm. p. 1260 B. Aliorum exempla collegit Voss. de vitiis serm. p. 789.

34. **pro ratione huius rei**] Ratio exigebat, ut ea miracula ultimo loco poneret, a quibus erat ad rem propositam transiturus.

36. **de quanto**] Alibi Gregorius dicere solet *in quantum;* illam formulam, ni fallor, nullo alio loco usurpavit; dixit tamen *de cetero* de miracc. S. Mart. III, c. 60 extr. et al.

**postpono**] Verbum hoc Gregorius ita plerumque usurpat, ut non solum in comparandis rebus duabus utri minus tribuatur significet, sed eo amplius indicet eam rem sperni, neglegi vel ea abstineri. Vid. hist. Franc. lib. I, c. 12, pag. 14 E. *dum praecepta divina postponunt.* ib. lib. V, c. 5, pag. 206 C. *sed ego ista postponens — illud explicabo.* ib. lib. VII, c. 22, pag. 348 D. *postposita iustitia.* ib. c. 47, pag. 370 C. *postposito placito.* ib. lib. VIII, c. 12, pag. 383 E. *sed postposita actione, quae ei a rege iniuncta fuerat, episcopum vallat.* ib. lib. IX, c. 18 extr. *oblitus sacramenti et cautionis suae omnia postposuit, quae promisit.* de miracc. S. Jul. c. 21 init. *sed prius illud non arbitror postponendum.* ib. c. 45, p. 882 D. *moneo ut talia postponat ac negligat.* de glor. confess. c. 20, p. 910 B. *timore postposito.* de miracc. S. Mart. II, 19, p. 1050 E. *postposita verbositate.*

**falcis**] Est hic Gregorio nominativus casus, non *falx,* antiqua analogia, quae intereunte lingua revixit; eodem modo *merces* dicitur pro vulgari forma *merx, nucis* pro *nux, frugis* pro *frux;* vid. Burmann. ad Quintil. declam. VI, c. 17 et XIII, c. 15. item *bovis* pro *bos, mentis* pro *mens* et alia multa, de quibus dixi ad Reisig. scholas gramm. adn. 58. Apud Gregorium est *trabes* vit. patr. c. 7, p. 1180 E. ac probabile est plura exempla e

libris mss. restitui posse, siquidem licet librariorum fraudem ita manifesto deprehendere ut in hoc cod. Bamb.

37. **perscrutare**] Corrigendam hanc formam non putavi, nec deinde *deprecare*, quamquam frequens est in cod. *e* et *i* litterarum confusio, quia verborum deponentium et forma et significatio apud Gregorium vehementer fluctuatur; habet activas formas multas, ut *tutavit*, *tutaverunt* hist. Franc. VII, c. 43. IX, c. 40, p. 468 E. *tuta frontem tuam* de glor. mart. I, 106 extr. *luxuriet* vit. patr. c. 4, p. 1160 B. *castra metasset* ib. c. 5, p. 1166 C. *operasse* ib. c. 16, p. 1228 A. *conspicasset* de glor. mart. I, 35, p. 762 B. II, c. 9 extr. *convivasse* hist. Franc. X, 16, p. 507 C. *detestasse* ib. I, c. 21. *depopulastis* ib. IV, 43, p. 184 D. *depopularet* vit. patr. c. 6, p. 1174 C. *pervagavit* hist. Franc. I, 30, p. 25 A. *remunerarem* ib. V, 19, p. 223 B. *vaticinasse* de glor. mart. I, 6, p. 727 B. *vociferarent* ib. c. 83, p. 816 A. *praeconavi* ib. c. 84 extr. *debacchasset* de miracc. S. Mart. II, 20. *mutuaverat* ib. III, 47. *mutuasset* hist. Franc. VII, 23, p. 349 D. *negotiasset* de miracc. S. Mart. IV, 29. *debes exsequere* hist. Franc. II, c. 34 init. Item formis passivis tribuitur passiva significatio; veluti scribit *perscrutatis cunctis* hist. Franc. IX, 6, p. 424 A. ib. c. 15, p. 434 C. *adgressum imperium* ib. V, 31, p. 239 C. *ibi a diacono nancti*. ib. VIII, 15 init. X, 30 extr. vit. patr. c. 8, p. 1190 D. *a propinquis consolata* de glor. mart. I, 35, p. 762 B. vit. patr. c. 19, p. 1245 B. *ut ab omnibus miraretur* hist. Franc. II, 22, p. 73 B. III, 24, p. 128 D. *est mirata* de glor. conf. c. 50, p. 935 D. *hortaretur* vit. patr. c. 7, p. 118 A. *osculatus* ib. c. 12, p. 1211 E. c. 15, p. 1224 C. *ut non ulciscatur mors neptis* hist. Franc. IX, 20, p. 445 A. *quibus cicatrices mederentur* ib. c. 21, p. 446 D. *greges tuebantur* de miracc. S. Jul. c. 17, p. 862 C. *omnia custodum cura tueri* de glor. mart. I, c. 59, p. 790 B. *quo non facile adsequi possit anulus a manu quaerentis* ib. c. 81, p. 814 B. *mors praestolatur* ib. c. 76, p. 807 A. *tali praesidio tutaretur* ib. c. 84, p. 816 E. *Paschasia veneratur* ib. c. 51, p. 782 A. *a Christianis veneratus* ib. c. 56, p. 786 D. *visiones expertae* de glor. conf. c. 40 init. de miracc. S. Mart. I, c. 25. *aliquid largitum* et *adepta pecunia* ib. c. 31. *adepta sanitas* ib. c. 39. *eis omnibus medicatis* ib. II, c. 40 extr. *res fruitur* vit. patr. c. 12, p. 1210 E. *effari* ib. c. 19, p. 1244 B. Omisi alia exempla multa; illud tamen satis apparet totum hoc verborum genus Gregorii aetate non augeri sed minui; nova enim verba deponentia, quae non iam olim in usu fuerint, reperinatur paucissima, veluti *perpetrati sunt scelus* hist. Franc. IV, 16 extr. *obsecramini* vit. patr. c. 19, 3, p. 1249 B. *vacillantur* ib. c. 3. p. 1157 extr.

**cursus in dei laudibus**] quis hic cursus sit, dixi in prolegomenis pag. 3 sq. *In laudibus* autem scripsit, ut solet alibi Gregorius plerumque non *in honorem* dicere sed *in honore;*

item infra § 61. *in dei laude psalmos concinere.* Cf. de miracc. S. Mart. I, 2, p. 1004 C. *ut aliquid in tua laude conscribam.* Sed totum hoc genus, quod aut ablativus aut accusativus praeter rationem *in* praepositioni iungitur, adeo frequens et vulgare est in Gregorii libris, ut id exemplis probare non opus sit.

42. **fucis colorum**] Stellarum figurae in codice Bamb. rubro pictae sunt apparentibus tamen saepe atramenti vestigiis, quo primum delineatae erant. De usu vocis vid. de glor. mart. I, 65, p. 796 A. *Erectis parietibus super altare aedis illius turrem a columnis, pharis heracliisque transvolutis arcubus erexerunt, miram camerae fucorum diversitatibus imaginatam adhibentes picturam.* hist. Franc. II, c. 17 init. *quam (basilicam) cum fucis colorum adornare vellet* —.

**rubeola**] Stellarum nomina cum ego quid significarent reperire non possem, Gallium adii, collegam humanissimum, astronomum clarissimum, qui promptissima benevolentia rem examinavit et quid sibi verisimile videretur mihi exposuit; huic igitur debeo, quod deinceps quas stellas Gregorius intellexerit, docere potero. Ceterum nomina illa non ab ipso Gregorio inventa videri dixi infra ad § 44 et 46; neque ipse sibi inventorum laudem arrogat § 36; sed a christianis tamen nomina haec constituta esse manifestum est, ita quidem ut alia retinerent, quae vulgari usu recepta erant, alia nova inducerent, eadem usi cautione, quam Gregorium in eligendis septem mundi spectaculis adhibuisse dixi supra ad § 1, ne qua gentilium deorum mentio immisceretur; signa vero ipsa talia reliquerunt, qualia a Graecis ac Romanis acceperant. Rubeola igitur et propter colorem, quem nomen significat, et quod omnibus mensibus conspicitur, Gallio auctore dubitari non potest quin sit Arcturus, quem quae stella minor praecedere dicitur, ea in eodem sidere Boote est stella $\eta$. Arcturum vulgo *carrum* dici narrat Io. Ianuensis in Catholico s. v. haud scio an perperam Arcturum ponens pro Ursa maiore.

43. **Haec stellae symma, id est stefadium**] Pronominis formam *haec* pro *hae* restitui, quotiens eam codex habuit, quamquam corrector eam tolerandam non iudicavit nec in reliquis Gregorii libris certa eius exempla repperi; scilicet deleta videntur esse ab inscitis grammaticis non solum apud Gregorium sed etiam apud illustrissimos antiquiorum temporum scriptores.

*Symma* infra § 65 *sima* scribitur et probabile est intellegi *sigma*, id est lectum circularem, quo mensa rotunda cingitur; vid. Iuret. ad Paulin. de vita S. Mart. III, 76. Sirmond. ad Sidon. epist. I, 11. Savar. ib. ad epist. II, 2. eodem sensu quoniam etiam *stibadium* dicitur, nihil dubitandum, quin *stefadium* pro stibadio accipiendum sit. Ac de illius quidem vocis forma testes habemus medii aevi lexicographos, quorum Io. Ianuensis in Catholico s. v. ait: *Simma, mae, n camera, per duo m. unde in vita beati Syl-*

*vestri: Tarquinio in simma prandente ultio divina manifesta est. ubi quidam corrupte legunt sima. et dicitur a sima curvum.* Apud eundem est vox *antisima*, quam interpretatur *curvum contra curvum.* Quid quod latius serpente depravatione in Mammetracto e *simma* factum est *summa*, in quo *cameram* intellegere iubemur. Solent nimirum magistri illi corruptissimas voces non solum sine dubitatione pro rectis ponere, sed etiam cur rectae sint, rationes comminisci; idem faciunt in altera voce, quam tamen *stipadium* scribunt; alii obscura fortasse quadam graecae vocis στέφος recordatione ducti *stefadium* pro stibadio scribebant, quod docent codicum scripturae apud Isidor. lib. XX, 1. 2. cf. Du Fresne s. v. apud quem praeterea in nova editione prolatus est locus hic ex schol. ad Attonis Polypt. num. 49: *Stephadium signum est in coelo, quod rustici praesepe dicunt. Et dicitur stephadium quasi stipadium: sic enim praesepe dicebatur a stipitibus, ex quibus fiebat.* De nominibus igitur res manifesta est; de sidere vero consentit mihi Gallius, quae apud veteres *praesepia* vel *phatnae* dicuntur, ea non posse a Gregorio intellecta esse; ipse autem statuit *Coronam* esse, quae est prope Booten eumque sequitur, et in qua sunt septem stellae, quarum una Gemma paulo amplior tertii ordinis est, reliquae minores. Graeci hoc sidus non aliter appellant nisi στέφανον.

**egrediente octubre**] Pariter infra dicit § 51. *mense iunio egrediente*, contra veterum usum egredientem mensem appellans pro exeunte, cuius usus alia exempla apud Gregorium non repperi.


44. **quia eum significant**] id est: quia sidus forma sua eam litteram exprimit; cf. § 47. 48. eodem sensu *signare* legitur § 49. Pronomen *eum* pro neutro accipiendum esse, quod dixi ad § 15, fateor non plane probari locis illic a me prolatis, de quibus aliter statuere licet; accedit vero etiam, quod in alia nominum specie *eum* relatum est ad *hoc examen* duobus locis de miracc. S. Mart. lib. IV, c. 15, p. 1124 A et vit. patr. c. 10, p. 1203 A. Conficit rem hic locus; manifestum tamen est illud certe de vetere usu Gregorium retinuisse, ut *eum* non aliter quam accusativo casu ad neutra referret. Veram formam *id*, si discedas a vulgari formula *id est*, raro usurpavit nec fere cum substantivo; vid. de miracc. S. Mart. II, c. 39 inscr. hist. Franc. VII, 1, p. 331 C. 332 F. IV, 6, p. 146 A. sed haec res mihi nondum plane explorata est. In hoc quidem libro legitur *id* bis in Titiani verbis § 30. praeterea in formula *id est* § 43. 45. 65. et in alienis verbis § 8. Ceterum non inventa esse theologica haec stellarum nomina ab ipso Gregorio ex eo colligas, quod eorum sensum non explicavit adhibito loco Apocal. c. 1, 8 vel Prudent. cathem. IX, 11; neque etiam expressis verbis dixit tribus, quae deinceps commemorat sideribus effingi notissimum illud *A* † *Ω*. Ipsum vero *ω* sidus Gallius me docuit Lyram esse sex stellas comprehendentem, inter quas lucidissima est *α*, quae

Wega dicitur. Habet autem Lyra ad occidentem eo tempore, quo crucem maiorem Gregorius erectam esse dicit, eam formam, ut ω litteram non difficulter agnoscas; vid. infra. Quae si vera sunt, uti videntur, sequitur ut figura sideris parum accurate picta sit omissis scilicet stellis duabus, reliquisque quattuor non satis recte collocatis; eiusdem sideris infra § 66 alia figura posita est eaque aliquanto rectior.

45. **crux maior**] Cycnum esse monuit Gallius, in quo sidere stellas $\alpha\varepsilon\gamma\delta\beta$ crucis figuram effingere notum est; minus conspicuae sunt reliquae duae $\varphi$ et $\eta$.

**pro eo quod**] Formula hac nihil frequentius in reliquis Gregorii scriptis, ut exempla eius proferre inutile sit; hic quoque statim redit § 46. Deinde *pronuntiata* est *praenuntiata;* cf. fragm. pag. 1257 C. Act. Apostt. c. 3, 18.

46. **crucem minorem — alfam**] Videtur Gregorius ipse priorem appellationem magis probare; alteram cum consentaneum sit ab eodem inventam esse, qui Lyram ω nominavit, manifestum est non Gregorium haec nomina invenisse. Figura autem sideris in cod. satis accurate expressa est; intellegendns enim est Gallio auctore Delphinus, infra quem sunt duae stellae minores, in figura non expressae, quae Delphino adiungi solent. Vera igitur species trium siderum, quae illud $\alpha + \omega$ efficiunt, haec est:




Apparet igitur, cum Lyrae illa interpretatio satis speciosa sit, quod pro ω habetur, nihil plausibile esse in hoc, quod Delphinus pro α accipitur, qua in re aliquid theologico artificio tributum est; atque haec causa fuisse videtur, cur Gregorius hanc rationem minus probaret.

47. **trion**] Aquilam hanc esse demonstrat Gallius, quae recte a Gregorio dicitur praecedere duas illas minores stellas, quae sunt Delphini.

48. **habent tamen — supra indicavimus**] Nihil huiusmodi supra dixit, sed infra § 65. ut locus excidisse videri possit, nisi forte Gregorius, quod verbis non dixit, e figura stellarum intellegi voluit.

**illae vero quae**] Cum in cod. sit *illas*, non *illae*, possit etiam sic hic locus emendandus videri, ut deinceps pro *istas* scribas *istae;* in utraque ratione de temporis intervallis, quae inter stellarum ante dictarum cursus intercedunt, unum omissum est. Ipsa autem temporis spatia, quae hic et alibi Gregorius posuit, quamquam non sunt ad artis subtilitatem accurate definita, satis tamen probabiliter posita esse iudicavit Gallius. Eidem deinde videtur praetermissis aliquot signis Gregorius ad notiora ac lucidiora sidera transisse, quae sunt in altera coeli parte; nam quod sequitur

49. **signum Christi**] id statuit esse Aurigam cum Capella et Hoedis, atque id facilius etiam cognosci ex altera eiusdem signi figura, quae posita est infra § 70. quippe in qua ad partem superiorem una stella lucidior et tres minores rectius expressae sint; ceterum septem maiores stellas cum tribus Hoedis satis ad veritatem pictas esse, nisi quod duae imae iusto maius spatium occupent. Praeterea monuit facile fieri potuisse, ut Christiani pro Auriga capellam gestante Christum ponerent tamquam bonum pastorem agnum portantem; hanc autem Christi effigiem iam sec. II. haud infrequentem fuisse et deinde in eam formam esse aeneam Christi statuam a Constantino Magno positam confirmavit testimonio Piperi in Kalendario evang. a. 1852, pag. 24 sq. Plura de hac re vid. apnd eundem in libro *Mythol. u. Symbolik der christl. Kunst*, I, 1, p. 77 sqq. I, 2, p. 134 sq. et al.

50. **anguis**] Hae stellae Gallio videntur Gemini esse ab Auriga non longe distantes; in hos enim et tempora a Gregorio posita maxime convenire dicit atque ipsam etiam figuram, quamquam non omnium in ea stellarum certa sit cum iis quae revera sunt comparatio.

51. **massam — Pliadas — butrionem**] Recte Pliadas scribi monuit Cort. ad Lucan. II, 722 et alii; et ita habent optimi libri apud Veget. de re mil. V, c. 9. De Gregorio cf. ad § 23. Butrionem vero vereor ne per errorem scripserit vel librarius vel ipse etiam Gregorius propterea quod trionis nomen in hac voce inesse crederet; debuit autem profecto *botryonem* scribere, cuius similitudinem illud sidus habet; vid. Schol. Arat. 254, pag. 73, 21. ed Bekk. et accedit Isidori testimouium de nat. rer. c. 26, 6. *Pliades sunt multae iuges stellae, quas etiam botrum appellamus a multitudine stellarum.* cf. Eustath. ad Hom. Il. pag. 1155, 47. Schol. ad Il. σ', 486. p. 507, 10. Bekk. Ipsum quidem botryonum vocabulum proprio sensu positum habet Gregorius de miracc. S. Mart. IV, 7, p. 1119 C et D. Ceterum in figura numerus stellarum iusto amplior est, ut

appareat neque fabulas Gregorio notas fuisse de septimae Pliadis obscuratione, de quibus vid. Schol. ad Arat 257. 259. Mythogr. I, ap. Mai. class. auctt. III, p. 82. neque quod Eustathius tradit ad Il. p. 870, 25, vulgo eas Ἐξάστερον vocari.

52. **massae feretrum**] Quamquam massae quoque apte feretrum adiungitur, dubito tamen an alii potius botryonis feretrum dixerint intellegentes vectem, quo Israelitarum exploratores botrum portaverant; vid. Num. c. XII, 24. 25. Ceterum etsi non poenitet, quod *massae feretrum* scripsi, dubito tamen de hac coniectura et succurrit etiam scribi posse *arcae feretrum*, ut Israelitarum arca intellegatur, quae duobus vectibus portabatur; vid. Exod. c. 37, 1—5. aut si feretrum funebre, uti par est, intellegere malumus, scribas *Mariae feretrum*, recordatus quae primus Gregorius de glor. mart. I, c. 4 de adsumptione Mariae prodidit, ubi vid. Ruinart. cf. Mabill. de liturg. Gall. p. 118 sq. confirmat coniecturam quodammodo Missale Gothicum ap. Mabill. l. c. p. 213, ubi transferendo sancto corpori *nubes vehiculum* praebuisse dicitur. Sidus ipsum Gallio placet Hyadas esse Pliadibus propinquas; figura tamen non accurate convenit.

**mense in iulio medio**] Haud scio an recte sec. m. deleverit *in* praepositionem, quae apud Gregorium rarissime sic posita est; legitur tamen de miracc. S. Mart. III, c. 44: *lectulo in suo.*

**ipsum tamen viae tramitem**] id est *eundem*, ut supra § 48, et infra § 53. 54. 55; nec raro ita Gregorius alibi; vid. hist. Franc. IX, 30, p. 453 D. *promisit ut in illo quo quondam sub patris dominatione statu vixerant, in ipso hic eos deinceps retineret.* ib. c. 28, p. 451 D. *qui saepe ad ipsam regionem legationis gratia accesserat.* ib. lib. V, c. 34, p. 242 C. *ipso anno.* de miracc. S. Iuliani c. 16, p. 861 D. *ipsius anni transacto curriculo.* ib. c. 46, p. 883 B. *ipsius horae momento.* de miracc. S. Mart. IV, 18. de glor. conf. c. 96. *ipsa hora.* de glor. mart. I, 90, p. 822 E. II, 24, p. 868 E. de glor. conf. c. 22 extr. *ipsa die.* ib. c. 100, p. 832 C. *Iudaeus ab ipsa infirmitate correptus.* et paulo post: *Christiani, qui in ipsa tenebantur infirmitate.* ib. lib. II, c. 2, p. 850 C. *in ipsa mensura.* cf. de glor. conf. c. 59 init. c. 64. c. 66 extr. c. 74. c. 76 init. c. 81 init. c. 94 init. Neque id rarum apud alios; vid. Sever. Sulpic. epist. II, c. 10. *qui dixit: recede a malo, ipse dixit: et fac bonum.* ib. c. 12. *et qui dixit Adae, ut de arboris fructu non ederet, ipse tibi praecipit, ut non maledicas.*

53. **falcem vocant**] Quae de falce traduntur hic et infra § 61—64, talia sunt omnia, ut de Gallii sententia Orion intellegendus sit; nec abhorret figura, nisi quod nimis est in falcis similitudinem detorta; nec credibile est hoc sidus praetermissum esse, quod et inprimis splendidum et hibernis maxime mensibus conspicuum est et ad regendos cursus ecclesiasticos aptissimum.

**tardius a superioribus**] Cf. hist. Franc. lib. V, c. 42, p. 252 D. *Liger fluvius maior ab anno superiore fuit.* de glor. confess. c. 110, p. 990 A. *prius ab eo de hoc mundo migraverant.*

54. **Istae vero stellae**] Nomen Gregorins non posuit, sed dixit Gallius esse Canem minorem duas stellas comprehendentem $\alpha$ et $\beta$, quarum illa est Procyon; sequitur autem eius ortus ita Orionem, ut Orion Hyadas et Pliadas.

55. **quinionem vocant**] Eodem auctore dubitari non debet, quin quinio sit Canis maior, cuius cum praeter Sirium quinque aliae stellae sint satis lucidae, unam ex his omissam esse necesse est, ut quinionis numerus impleretur; figura quoque minus accurata est; reliqua vero optime quadrant nec per se verisimile erat hoc signum neglectum esse.

56. **plaustrum**] Ursam maiorem esse nemo ignorat; animadvertit tamen Gallius in figura hoc vitiosum esse, quod timon in parte dextra superiore positus est, qui debebat esse in dextra inferiore.

57. **usque deminutionem reiteratam**] *Usque* cum accusativo haud infrequens apud Gregorium; vid. hist. Franc. lib. II, c. 37, p. 95 A. *usque Burgundionum terminum.* ib. III, c. 5, p. 108 A. *regnum usque Italiam dilatare.* ib. VI, c. 31 extr. *usque civitatem veniens.* ib. X, c. 15, p. 503 A. *usque basilicam.* ib. I, c. 34, p. 27 D. *usque hoc tempus.* ib. X, c. 13, p. 498 B. *usque passionem eius.* Praeterea *uertit* malis correctum in *uertunt*, et supra § 56 *eorum* in *earum*; sed in Gregorio talia ferenda videntur.

58. **oometes**] Suspicor hic quoque Gregorium *comita* scripsisse, ut infra in Prudentii verbis, aut certe *comites*; vid. supra ad § 23.

**aut in obitu regis aut in excidio apparet regionis**] Cf. hist. Franc. lib. IX, c. 5, p. 421 extr. *et multa alia signa adparuerunt, quae aut regis obitum adnuntiare solent aut regionis excidium.* — Deinde *nigroris* vocabulo vetusto illo ac probo Gregorium alibi usum esse non puto. — De pestilentia Arvernae regionis et Sigiberti regis obitu locos supra in prolegg. p. 2. produxi.

59. **Prudentius cum — prudenter dissereret**] Lusus huiusmodi in nominibus propriis Gregorius alibi quoque non est aspernatus. Vid. hist. Franc. I, c. 40, p. 31 B. *habuit archidiaconum nomine et merito Iustum.* vit. patr. c. II, 4, p. 1157 B. *et meritis et nomine Iustus.* (videtur autem locus ille ex uno cod. Molsheimensi petitus non abiudicandus esse a Gregorio). hist. Franc. II, c. 3, p. 50 D. *infelix ille episcopus, nomine Revocatus, eo tempore est revocatus a fide catholica.* ib. IV, c. 16, p. 156 A. *Leo Pictauensis — secundum nominis sui interpretationem tamquam leo erat in omni cupiditate saevissimus.* de miracc. S. Iul. c. 15 init. *pastor quidam non strenuitate sed nomine*

*Ingenuus.* de glor. confess. c. 22 init. c. 34 extr. c. 53 init. c. 87 init. de miracc. S. Mart. III, c. 27. vit. patr. c. 14, p. 1219 B. de glor. mart. c. 37, p. 763 E. *petiit ut — aquas, quas prius pia indulserat clementia, Clementis iterum intercessio revocaret.* Ceterum eundem Prudentii locum profert etiam Isidorus, ubi de cometis agit, de nat. rer. c. 26, 13.

60. **de ortis uel occasibus**] Non existimavi *de ortibus* emendandum esse; nam etsi exempla paria apud Gregorium non animadverti, non credo tamen ab illa forma eius consuetudinem abhorruisse; nec magis § 25 *cantus* pro *cantos* aut infra § 73 pro *cursos* scripsi *cursus;* legitur etiam *Lemanni laci* de glor. mart. I, c. 76, p. 806 E. Sed talia omnia, ut saepe dixi, non possunt nisi excussis diligenter codd. mss. definiri.

**forsitan detrahit aliquis, cur non — sumpserimus exordium**] De *cur* particula sic usurpata vid. hist. Franc. I, 4, p. 9 C. *increpant nos hic haeretici, cur scriptura sacra dominum dixisset iratum.* cf. ib. X, c. 19, p. 511 D. de glor. conf. c. 99. hist. Franc. IV, 36, p. 177 E. *inflammante malitia invidus, cur ei fideles fuissent.* ib. c. 50, p. 193 B. *contra eum quidam murmuraverunt, cur se a certamine subtraxisset.* ib. VI, c. 26 extr. *ille ira commotus, cur haec non iussus ageret.* ib. VII, c. 29, p. 355 A. *indigne ferentes, cur talia essent perpetrata.* ib. IX, c. 31, p. 454 E. *despecto Austrovaldo duce atque condemnato, cur absque eo Carcassonam ingredi praesumpsisset.* ib. X, c. 27 init. *unius filius alterius filium cum ira saepius obiurgabat, cur coniuge relicta scortum adiret.* vit. patr. c. 17, p. 1239 B. de glor. mart. I, c. 29, p. 752 D. *poenitentiam agebat, cur ista temptasset.* de miracc. S. Mart. II, 24, p. 1053 C. *cum mater argueretur, cur talis ex illa processerit filius.* ib. c. 32, p. 1059 C. Item *exordium sumere* dixit Gregorius hist. Franc. lib. I. prol. extr. lib. II, c. 31, p. 84 C. cf. pag. 1264 E. Denique asyndeton, quod est in verbo *noverit*, pari modo posuit vit. patr. c. 13 extr. *Et fortassis quorundam incredibilium latratus de his conatur obstrepere: noverint a me visum Deodatum presbyterum.*

**a mense martio**] Martium cur appellaret, aliam profecto causam non habuit Gregorius, quam quod ab eo mense annum inchoabat, de qua re dubitandum non esse, novo hic locus et luculento argumento confirmat; cf. Ruinart. ad Gregor. opp. pag. 731 a. 871 c. et al.

61. **si signum moveatur ad matutinos**] Cf. infra § 67. 69. item § 64 *signum ad matutinos si moveas;* denique § 62 *si signum ad matutinum moveas.* In hist. quidem Franc. si recte memini, cum in aliis formulis tum in hac Ruinarti editio semper habet femininum genus; vid. lib. II, c. 23, p. 73 E. *signum ad matutinas audiens fuisse commotum.* lib. III, c. 15, p. 121 D. *signum ad matutinas motum est.* lib. VI, c. 25. *cum*

*ad matutinas signum commotum fuisset.* Alibi usus fluctuatur; nam de miracc. S. Mart. II, c. 11 scribitur: *moto ad matutinos signo.* item vit. patr. c. 6, p. 1175 C. *consummavit matutinos.* de glor. mart. I, c. 11, p. 734 C.: *cum se post matutinos somno dedissent.* cf. Ruinart ad lib. I. de miracc. S. Mart. c. 4 init. atque reperitur etiam singularis numerus ib. c. 76, p. 806 A. *surge crastina die ad matutinum.* de glor. conf. c. 65, p. 948 A. c. 104, p. 983 E.

**in hora diei quinta**] Hanc similesque locutiones, quas deinde Gregorius frequenter posuit, cum ipsas diei horas significare non possint, quia de nocturnis tantum agitur, Gallio monente intellexi hanc vim habere, ut locus potius is indicetur, quem interdiu hora illa sol occnpat. Quare suspiceris Gregorio horologia nulla fuisse, quibus per noctem uti liceret; solariorum vero frequentem usum fuisse necesse est, quippe quem in causa esse manifestum sit, cur diurnus solis nocturnusque stellarum locus diurnae horae numero indicetur. Ceterum quam recte et accurate Gregorius nocturni tempora officii ad stellarum cursum exegerit, vix videtur nunc ratione inita subtiliter per omnia explorari posse; in universum tamen Gallius affirmabat rationem satis constare videri, si ipsius de siderum nominibus interpretandis sententias sequamur.

**perpetim**] Huius vocis neque apud Gregorium aliud exemplum repperi neque apud vetustiores scriptores ullum extare puto, quandoquidem hodie et apud Plin. N. H. XX, 6, 21. et apud Appulej. Metam. lib. II, c. 5 extr. et apol. c. 73, p. 549 aliter scribitur. quare quamquam eam habent Io. Ianuensis, Vocab. brevil. et alio quidem sensu Gloss. ap. Mai. class. auctt. VI, p. 539, videndum tamen, ne rectius scribamus *perpetem;* vid. Buenem. ad Lact. de mortib. persec. c. 33, 11. Sev. Sulpic. dial. I, 19, 1. Martian. Cap. § 575 et 912 ed. Kopp. sed apud Gregorium quidem huius quoque vocis exemplum vix reperias.

**explicias**] Non ansus sum mutare vocem manifesto depravatam; sed scribendum mihi videtur *explicatos nocturnos*, ut sit et strnctura et sententia eadem, quae est verborum *celebratos nocturnos* § 62 et 63. vid. ad § 26.

64. **uel galli cantu**] *Vel* particulam saepe Gregorius ibi ponit, ubi *et* debebat, ut supra § 37. 60. Cf. hist. Franc. V, 34, p. 242 A. *Flumina quoque Liger Flavarisque uel reliqui torrentes percurrentes in eum ita intumuerunt —.* de glor. mart. I, c. 17, p. 741 C. *ab incendio Sodomae uel reliquarum urbium.* ib. c. 47, p. 776 D. *per universam Italiam uel Gallias.* hist. Franc. X, 16, p. 506 B. *altercationes inter abbatissam uel monachas.* et paulo post: *interrogata Chrodieldi uel Basina.* ib. VII, c. 22 init. *aurum argentumque uel alias meliores species.* in iisdem rebus coniungendis pro *uel* posuit modo *siue*, pag. 350 C. modo *ac*, pag. 365 B. 515 C. modo *et*, pag. 494 A. Adde praeterea de glor. confess. c. 20, p. 909 A et C. de miracc. S. Mart II, 56, p. 1074 A. III, 8, p. 1086 A. Eundem usum apud Paulinum Petrocorium non neglexit C. Barth; vid. pag. 19. 46. 176 et al.

66. **si ad horam die tertiam uenerit]** Quamquam alibi semper *diei* scribitur, nolui tamen h. l. abicere formam vetustiore usu satis comprobatam, praesertim cum sciri non possit, fueritne constans in hac re Gregorii consuetudo; certe *facie* pro dativo legitur de glor. mart. I, c. 73 init. — Ceterum quae huic loco praeposita est figura non convenit cum alia ulla ex iis, quae supra positae sunt; res tamen cogit, ut eandem esse fateamur, quae supra est § 44 Lyrae, quam *ω* Gregorius appellat; scilicet illo loco librarii fortasse culpa figura vitiata est.

68. **et maturius]** Scio hoc quoque haud rarum esse in reliquis Gregorii libris, quod apodosis ab *et* particula incipit; exempla tamen adnotare neglexi nec quaerere nunc vacat.

**ut superius diximus, hoc est in directis]** Vid. supra § 64. *In directis* puto esse contrarium eius, quod est *in antiphonis*, ut intellegas psalmos, qui simpliciter recitantur. cf. Dufresne v. *directaneus*.

69. **cum orta fuerit]** intellege clariorem illam stellam in signo Christi, cuius imago hic iterum posita, et quidem aliquanto rectius quam supra § 49.

71. **VIII autem kalendarum iuliarum]** Ita saepe scriptores recentiores, ut Veget. de re mil. V, c. 9. qui in eadem re ait: *post ortum Pliadum a die sexto kalendarum iuniarum usque ad Arcturi ortum, id est in diem octavum decimum kalendarum Octobrium.* ibi paulo post e codd. mss. scribendum est: *octavo kalendarum octobrium* et *tertio iduum nouembrium.* Lactant. institt. IV, c. 10, 18. de mortib. persec. c. 2, 1. et alii multi; atque ita etiam Gregorius alibi, ut de miracc. S. Iul. c. 29. *quinto kalendarum mensis septimi.* Alibi rursus accusativus legitur, si recte sic editum est, ut hist. Franc. V, 17, p. 221 B. X, 23, p. 510 B. ib. c. 31, 6, p. 531 A. Sed quod in cod. est *iuniarum*, ferri nullo modo potuit; neque enim fraudi esse debet cuiquam, quod dies ille VIII Kal. Iun. proxime accedit ad eum, quem Vegetius posuit VI Kal. Iun., aut quod reliqui scriptores veteres ut diebus discrepant, ita mensem tamen omnes Maium esse dicunt, quo Pliades oriantur; Gregorius enim aut intellegebat, quae veteres tradiderunt, in suam aetatem suamque terram convenire non posse; aut si id non intellexit, tamen incredibile est eum maluisse imprudenter scriptoris alicuius auctoritatem sequi quam suis oculis credere in ea quidem re, quam volebat clericos quoque suos, quorum causa hunc librum scripsit, suis oculis observare. Quare dubitari non debet, quin eum posuerit diem, quo ipse Pliadas primum apparere in Arvernia animadverterat; quem diem non Maii mensis sed Iunii aliquem fuisse non minus certum est; nimirum agit hoc loco de Iunio, non de Maio; ac praeterea iam supra § 51 testatus est Pliadas egrediente mense Iunio oriri; quare nisi volumus simul et de prudentia Gregorii male existimare et perversum ei rerum ordinem tribuere et sibi ipsum repugnasse credere, ponendus hoc loco est dies VIII kal.

Iul. qui est egredientis Iunii. Iam vero si de rei veritate quaeras, fatendum profecto est, Pliadas Gregorii aetate pluribus diebus prius ortas esse quam ipse dixit, nec fieri posse, ut toto paene mense discrepet a Vegetio, aut uno mense et dimidio fere ab Ovidio, qui Pliadas prid. idus Maias oriri dixit; at enim Gregorius non quaesivit, quo die re vera Pliades orerentur, sed quo die possent commode a monachis observari ad officium implendum; eaque causa est, cur eas sequentibus demum mensibus rectius observari dicat.

72. **potestatis tuae erit temperandum**] Structurae huius exemplum nullum mihi in promptu est neque Gregorii neqne alius scriptoris.

73. **cum haec stellae oriuntur**] Intellege Pliades, quarum item h. l. imago repetita est sed aliter collocata quam supra § 51.

Iam vero quamquam omnes menses instituto ordine Gregorius percurrit, tamen dubitet quispiam an liber imperfectus sit et in fine maxime mutilus; neque id tamen probabile dixerim; nam quod non omnes stellas, quas antea Gregorius commemoraverat, ad regendos cursus ecclesiasticos adhibuit, non admodum miror, siquidem non omnium observatio ei necessaria visa est ad ordinaria officia implenda; septentriones vero ne poterant quidem ad eam rem usui esse propterea quod, ut ipse ait, non ut reliquae stellae oriuntur aut occidunt; nec magis cometae, quos ipse dicit non omni tempore apparere; si quid igitur propter eos praecipere voluisset, debuit id singulare aliquid esse et a legitimo cursu diversum. Denique ne illud quidem iure exigas, ut qui praefatione prolixa sane et pro totius libri ambitu paene nimis longa usus est, etiam epilogum aliquem addat. Quare ego quidem nullam causam esse existimo, cur hunc librum aliqua parte truncatum esse suspicemur. Sed quaerent de hac re aliisque pluribus et theologi et astronomi, si qui nova hac materia invitati in suo quisque genere aut Mabillonii de cursu Gallicano aut Ideleri de stellarum nominibus veterumque observationibus astronomicis quaestiones doctissimas repetere voluerint; ego interim satis habeo tenuibus his adnotationibus grammaticis effecisse, quod ante omnia efficiendum erat, ut nemo praeter Gregorium libri huius auctor esse videatur.

---

De tabula huic libello subiecta, in qua codicis Bamb. scripturam effingendam curavimus, sciendum est, quamquam reliqua omnia satis diligenter et accurate expressa sunt, hoc tamen incommodi esse, quod cum uno omnia colore describenda essent, neque litterae quaedam maiores potuerunt rubro et viridi colore insigniri neque atramenti diversitas ostendi, qua secunda manus a prima discrepat.

Ad § 20 de *culminibus* addo nunc locum Guil. Britonis Philipp. lib. II, 452 sqq. *Tempus erat, quo iam falx pratis curva minatur, Quo seges in culmen prodit, cum flore cadente Spica parat tenerum de se producere granum.* Est tamen docti poetae longe alia ratio quam Gregorii, et probabile est illum parum recte usum esse, loco Ovidii Fast. IV, 734, de quo vid. Doederl. Synon. II, p. 106.



VRATISLAVIAE, TYPIS GRASSII, BARTHII ET SOC.

quod cum iter quaterque tempore gesserit· ascendit lectum super nidum ad aestatem
quem de suo super et odoramentis· que de eaulit; in mitigandam solem primum et
iubar infert et ignem; adprehensum que in medium totaliter conflagrante concrema
tur; Tunc pulveres eius collecti adrecolligitur· et in unum massam quasi
in ovi speciem conglobatur; hac inde lectum surgit serum ita
uidetur· nutritur; Nec cuiquam homini dum in plumis est parere licitum
est; tantum celestis fortis nutrimentum adprimam speciem suo crescit;
et ipsius figurae et de in plumis eodemque colore et specie totum egreditur· ut
prius fuerat ante mortem; quod mira saeculum servisse tonsae humanae
valde figurata· et ostendit qualiter homo luditur et reddatur in pulve
ferias· lectum de ipsis favillis· tubae canente resurrecturus; QUARTUM
est ethna mons siciliae insule datur· qui iniuriis ardoribus exustus· flu
macra; evomit qualiter incessabiliter regioni sulphur eructuat;
de quo publius maro tuatur in tertio aeneidum libro· iacet alta; portus ab acces
su ventorum inmotus et ingens; ipse sed horrificis iuxta tonat ethna
ruinis· interdumque atram prorumpit ad aethera nubem· turbine fumantem
piceo et candente favilla· attollitque globos flammarum·
et sidera lambit; Sed et si qua in foraminibus unde haec egrediuntur
flamme in iecta fuerint· mox evomuntur; Meminit et huius montis gr
et ille lucilius ut gratianus· his verbis dicitur; montes maximi· in sicilia
quattuor; eryx nebrodes neptunius et ethna; que videntur sepi
us flammas evolvere· idque rerum orbis perpetuo de credit· quia
quando idem primum fuit nunquam tamen arsisse· et hodie in mon
tibus procuratum est; QUINTUM est de fontibus gratianopo
litanis; de quibus simul et latice manant et ignis; Nam videatur
lymphis flammas supervolare; atque aquae de medio fonti exeunt·